This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

GT
55
529



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gt 55, 529

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

QUÆSTIONES THUCYDIDIÆ.

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

EMIL KULLANDER
LIC. PHILOS.

UPSALLÆ MDCCCLXXIX
TYPIS DESCRIPSIT IESAIAS EDQUIST.

Gt 55.5 a 9

HARVARD COLLEGE
AUG 19 1910
LIBRARY

Constantius fund

Lib. I, 11, 1 sq.*) — *ἦ καὶ μᾶλλον οἱ Τρῶες αὐτῶν διεσπαρμένων τὰ δέκα ἔτη ἀντεῖχον βίᾳ, τοῖς ἀεὶ ὑπολειπομένοις ἀντίπαλοι ὄντες. περιουσίαν δὲ εἰ ἦλθον ἔχοντες τροφῆς καὶ ὄντες ἀθρόοι ἄνευ λῃστείας καὶ γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἷλον, οἵ γε καὶ οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι ἀντεῖχον, πολιορκίᾳ δ' ἂν προσκαθεζόμενοι ἐν ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον τὴν Τροίαν εἷλον.* Frustra conati sunt commentatores variis enarrationibus hunc locum inde a *ῥᾳδίως* ita expedire, ut omni ex parte satisfieret, et frustra, opinor, molientur, dum *iterabitur* verbum *εἷλον*. Neque HERBSTIUS (*Philol.* 16, p. 288: »*so würden sie leicht, im Kampfe die Sieger, den Feind bezwungen haben*») hujusmodi sententiam e vulgata extorquere potest. Unde enim hæc »*den Feind bezwungen haben*? Licet enim prius *εἷλον* ad *homines* referri possit, *necesse* erat tamen hos homines *nominatos* esse; ut nunc est *nudum εἷλον*, plus, quam licet, intelligitur. Neque STAHLIUS (etsi cautius *priore εἷλον excluso* verba *ῥᾳδίως ἂν μ. κρ.* ita convertit: »*leicht wohl Sieger im Kampfe*«,) quem ad modum, si, ut ipse vult, apodosin duceremus a voce *πολιορκίᾳ* demum incipere, particula *δέ* defenderetur, satis convincere potest. Nec vero CLASSENIUM (qui tamen, sicut etiam STAHLIUS, melius quam plerique superiores ante *πολιορκίᾳ virgula* (,), non majore signo, interpunxit) nova sua explicatione [ut posterius *εἷλον* item atque *ἀντεῖχον* ad «*οἵ γε*» (ut Subjectum) referretur] ad veritatem pervenisse arbitror. Sed argumentationem ejus inquiramus. «*μάχῃ κρατοῦντες wiederholt das obige ἐπειδὴ μάχῃ ἐκράτησαν*»;

*) *Paragraphi* ex editione CLASSENII laudati sunt.

quod ita esse *non facile* mihi persuaderi potest. Etenim, ut ipse fatetur CLASS., enuntiatum ῥᾳδίως ἄν κρ. εἶλον *apodosin* efficit, ex protasi εἰ ξυνεχῶς τὸν πόλ. διέφ. pendentem. Substitutis igitur ἐπειδὴ — ἐκράτησαν pro κρατοῦντες ita: εἰ ξυνεχῶς — διέφερον, ῥᾳδίως ἄν, ἐπειδὴ ἐκράτησαν, εἶλον, quæritur: 1) si *illa* pugna *prima* respiceretur, nonne hic debuit scribi: κεκρατηκότες vel saltem κρατήσαντες? 2) si *prima* illa *victoria* aditus ad Trojam expugnandam satis patefactus esset, *quid* tandem *opus* fuit ξυνεχῶς διαφέρειν? Idem in se erratum KRUEGERUS admisit, disserens: »*dass nicht etwa vorher* ἐκρατήθησαν *(für* ἐκράτησαν*) zu lesen sei, zeigen die Worte* μάχῃ κρατοῦντες.» κρατοῦντες igitur *non repetit* ἐκράτησαν, sed (victoriam vel) *victorias* significat, quas Græcos, εἰ ἀθρόοι ξυνεχῶς τὸν πόλ. διέφ. i. e. in *persequendo* bello, reportaturos fuisse Thuc. opinabatur. Jam vero quod *novum* proponit Class.: οἵ γε καὶ οὐκ ἀθρόοι — πολιορκίᾳ ἄν — ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ — εἶλον, *quo modo* hoc demonstrari potest? *Primum* enim repugnat supra scriptis: οἱ Τρῶες — τοῖς ἀεὶ ὑπολειπομένοις (= οἵ γε οὐκ ἀθρόοι = μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι) ἀντίπαλοι ὄντες (quod ad ipsum *numerum* respicit, ratione *non* habita certi cujusdam *modi* belli gerendi). *Deinde:* quam ob causam οἵ γε οὐκ ἀθρόοι *obsidione* Trojam capere *non conabantur*, si ita, quod vellent, facilius consecuti essent? Mihi non est dubium, quin id omiserint eo ipso, quod *pauciores* essent (οὐκ ἀθρόοι) quam ut *possent* id facere; etenim *etiam tum* Troes, sicut re vera faciebant, iterum et sæpius ad manus conserendos *erupissent* (τοῖς ἀεὶ ὑπολ. ἀντίπ.); *ergo* in ipsa *hac* notione οὐκ ἀθρόοι inhæret causa, *cur non obsederint.* Atqui ita apertum est, CLASSENII propositum: οἵ γε οὐκ ἀθρόοι — πολιορκίᾳ ἄν — εἶλον *a sententia discrepare.* Consideranti mihi jam concinnitatem verborum et sententiarum *hæc* opinio *probabilissima* videtur esse: ubi Thuc. *priore* enuntiato (καὶ μᾶλλον οἱ Τρῶες αὐτῶν διεσπαρμένων — ἀντεῖχον) *id* expressit, quod *ex paucitate* (διεσπ.) Græcorum effectum sit, *posteriore* (εἰ

ἀθρόοι ξυνεχ: — εἷλον) *tantum id* significatum vult, quod (*μὴ αὐτοῦ ἀποσπ.* = *ἀθρόοι*) eventurum fuerit. *Ergo:* (quia Græci *οὐκ ἀθρόοι* bellum gerebant, Troes *audaces erumpere* ex urbe audebant ad minora proelia in campo ineunda;) *εἰ δὲ ἀθρόοι — διέφερον, duobus* modis Trojam capere potuerunt: *aut* (si Troes, post primam illam cladem = *ἐπειδὴ οἱ Ἕλληνες ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, tamen* erumpere essent ausi) *ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες — τὴν Τροίαν εἷλον* [= *ῥᾳδίως ἂν μάχῃ ἐκράτησαν* (vel potius *ἐκράτουν*) *καὶ ῥᾳδίως ἂν — εἷλον*· nam *ῥᾳδίως,* quamquam proprie ad *εἷλον* pertinet, quodam modo etiam ad *κρατοῦντες* subaudiendum est]; *aut* (si Troes, post primam illam cladem erumpere *non* ausi, *in urbem se inclusissent*) *πολιορκίᾳ ἂν προσκαθ. — τὴν Τροίαν εἷλον* [*etsi non ῥᾳδίως,* sicut (victoria vel) victoriis ex campo reportatis, quibus facilius opes Troum fractæ essent, *at certe*] *ἐν ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον* (quam re vera factum est). *ῥᾳδίως* igitur respondet verbis *ἐν ἐλ. — καὶ ἀπον.,* itemque vox *μάχῃ* (*κρατ.*) voci *πολιορκίᾳ* (*προσκ.*). *Hanc* esse sententiam totius loci, *neque eam,* nisi moleste, e *vulgata* lectione expromi posse arbitror. Offendit enim et animum et oculos hoc duplex *εἷλον;* immo vero *prius* illud *additum* a quodam *glossatore* existimo (ut multi ante me). Nam, *si utrumque* retineretur, necesse erat, credo, *τὴν Τροίαν* ante superius locare; ut nunc se res habet, *superius* illud quam maxime *frigidum* et *ineptum* est. *Longius* autem procedenti *totum* enuntiatum: *οἵ γε — ἀντεῖχον* plane mihi videtur *interpolatorem* redolere. (Idem in mentem venisse HERMANNO, apud POPPONEM cognovi; *quibus causis, nescio.*) Verba *μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι nihil aliud* quam supra nominata *τοῖς ἀεὶ ὑπολειπομένοις* repetunt. Etiam *οἵ γε καὶ οὐκ ἀθρόοι ἀντεῖχον inanitatis* præ se ferunt speciem; *ἀντεῖχον* enim apertissime mihi videtur ex *supra* scripto *ἀντεῖχον iteratum* esse; sed quum *illic aptissime* de *Troibus* pronuntietur (qui *defensores* erant), hic de Græcis (qui erant invasores) *minus accommodate* dicitur (etiamsi de eruptionibus Troum cogitari

possit). Quamobrem ex hac comparatione: εἰ Τρῶες ἀντεῖχον τοῖς ἀεὶ ὑπολειπομένοις (ἀντίπ.), — εἰ δὲ ὑπολειπόμενοι (= εἰ οὐκ ἀθρόοι = μέχρι τοῦ ἀεὶ παρόντος) ἀντεῖχον τοῖς Τρωσί, *justa* proficiscitur *dubitatio*.

Suspicor igitur, *hoc* enuntiatum a quodam *librario*, intelligentiam verborum ῥᾳδίως — ἦραν. adjuvante, *insertum* esse; postea, quum ῥᾳδίως interpositis illis *longius* a suo verbo (posteriore εἷλον) *sejunctum* esset, *alius* quidam ad cohærentiam illustrandam *prius* εἷλον *intrusit*. *Nec vero* verba ἄνευ λῃστείας καὶ γεωργίας magna commendantur probabilitate; *repetita* ex prioribus πρὸς γεωργίαν — καὶ λῃστείαν et *jam* notione vocum περιουσίαν τροφῆς — καὶ ἀθρόοι comprehensa (quas ut declararent, *adscripta* videntur) *delenda* esse opinor. *Restituendum* igitur duco totum locum ad majorem simplicitatem *hoc modo*: περιουσίαν δὲ εἶ ἦλθον ἔχοντες τροφῆς καὶ ὄντες ἀθρόοι ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες, πολιορκίᾳ δ' ἂν πρόσχ. ἐν ἐλ. — τὴν Τροίαν εἷλον: si etc. —, *facile* victoria (-iis) ex campo reportata, *obsidione* autem (*non* tam facile, *at certe*) *celerius* et *cum minore labore* (quam re vera factum est) Trojam cepissent. Vix annotandum est, ad hanc sententiam eruendam *non necessario* enunt. εἰ γε — ἀντεῖχον expungendum esse; *aptius* tamen ad æquabile orationis flumen *excluditur*. At *necessario rejiciendum est* prius εἷλον. — Similem *ex quadam parte* huic a me propositæ versionem jam HEILMANNO placuisse (*retenta* tamen *vulgata*), apud POPPONEM inveni: »so würden sie entweder die Trojaner leicht aus dem Felde geschlagen haben und solchergestalt ihrer gemächtig geworden sein — oder auch durch eine förmliche Belagerung — erobert haben»; quibus *objicit* POPPO: »non permittit lingua Græca, ut hæ enuntiationes inter se opponantur.» Quod etiamsi jure animadvertat respectu habito verborum »entweder — oder», quæ *non ad verbum* e græca scriptura elici possunt, (*ego* quidem supra in mea argumentatione vocibus *aut* — *aut* usus, *tantummodo*, quid sentirem, *planius* facere volui; namque *in ver-*

sione eas usurpare *non omnes est*) tamen *etiam atque etiam* locum contemplanti atque *iis*, quæ supra a me sunt exposita, niso, quin *omnino* sententia *hujusmodi* sit, *nihil* mihi occurrit *impedimenti*. (Melius tamen legeretur: *ῥᾳδίως μὲν ἂν μάχῃ — πολιορκίᾳ δέ.*)

I, 38, 4. *καὶ δῆλον ὅτι, εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντές ἐσμεν, τοῖσδ' ἂν μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν, οὐδ' ἐπιστρατεύομεν ἐκπρεπῶς μὴ καὶ διαφερόντως τι ἀδικούμενοι.* *Sic omnes Mss.* Quod quidem sine dubio *sententiæ scriptoris* congruere infra videbimus. STAHLIUS tamen et CLASSENIUS (ULLRICHIUM sequentes) in editiones suas *pro* præsenti *ἐπιστρατεύομεν*, quod molestum esse arbitrabantur, *imperf.* *ἐπεστρατεύομεν* receperunt. Cui *duplex* obstat *suspicio*. *Primum* enim, esse *durius* particulam *ἂν* (ad prægressum *Optativum* pertinentem) hic ad *Indicativum* supplere, quis negaverit? *Deinde* ex *ipsa sententia*. Introductus enim verborum ambitus vocibus *δῆλον ὅτι* aperte notat, Corinthios *id* dictum velle, *Athenienses* ipsos *intelligere* posse (*δῆλον* sc. *ὑμῖν* = *ἐννοῆσαι δύνασθε, ὦ ἄνδρ. Ἀθ.*): 1) *Corcyræis* esse *nullam causam* se (Corinth.) *odio* persequendi (CLASS. *«οὐκ ὀρθῶς ἂν ἀπαρέσκοιμεν kurz für οὐκ ὀρθῶς ἂν ἔχοι, εἰ ἀπαρέσκοιμεν»*; *minus accurate* pro *εἰ ἀπαρέσκομεν* (*Ind.*) vel *τὸ τοῖσδ' ἡμᾶς ἀπαρέσκειν*; nam *vere* jam *displicebant*); 2) *Corinthiis* ipsis satis *idoneam esse causam*, cur *bellum* Corcyræis inferant. *Posterior* autem sententia ex emendatione ULLRICHII «*ἐπεστρατεύομεν*» erui *non potest*; nam quum recte hoc *ἐπεστρ.* convertat CLASS.: «*wir würden nicht in so abnormer Weise Krieg führen, wären wir nicht u. s. w.*», quærere liceat: *ex quo* hujusmodi quiddam *δῆλον* erat? Hoc *δῆλον necessario* requirit, ut Athenienses *ex iis argumentis*, quæ Corinthii ad suam rem defendendam protulerunt et mox proferent, perspiciant, Corinthiis *nunc* esse *jus optimum* bello Corcyræos persequendi; quod *non impedit*, quin *alias* idem facere potuerint vel possint *non jure*. Planius: *non quæritur*, quid Corinthii *facerent* vel *non facerent*

(quod omnino Atheniensibus δῆλον esse non potest), sed (confitendum esse volunt), quod nunc faciant, id se jure facere (quod δῆλον esse putant Athen.). Ad hoc autem assequendum, observandum est, gravius pondus non verbo ἐπιστρατεύομεν, sed constructioni partic. διαφ. τι ἀδικούμενοι adhærere. Ex superioribus enim ἀφεστᾶσί τε διὰ παντὸς καὶ νῦν πολεμοῦσι, (ad quæ extr. cap. additur: Ἐπιδαμνον ἡμετέραν οὖσαν — ἑλόντες βίᾳ ἔχουσι) «δῆλον» esse dicunt Corinthii, Corcyræos (οἷς οὐκ ἀρθῶς ἀπαρέσκουσιν = οἳ οὐδεμίαν ἔχουσιν αἰτίαν τοῦ σφᾶς μισεῖν) «διαφερόντως τι ἀδικεῖν», eamque esse causam τοῦ ἐπιστρατεύειν. Ergo: οὐδ' ἐπιστρατεύομεν ἐπιφ. μὴ καὶ διαφ. τι ἀδικ. = καὶ (δῆλον ὅτι) ἐπιστρ. — (οὐ — μὴ) ἀδικούμενοι (= διότι διαφ. τι ἀδικούμεθα) = (δῆλον ὅτι) «τὰ ἀδικήματα αἰτίαν» causam continent «τῆς νῦν ἡμετέρας ἐπιστρατείας.» Ex negligentia igitur considerandi, quo vere spectaret negatio οὐ (in οὐδέ), ortam atque comprobatam esse emendationem illam arbitror. (οὐ enim, specie ad ἐπιστρ. pertinens, re vera cum μή conjungendum est.) Germ.: dass wir nicht bekriegen — ohne = dass wir bekriegen (nicht ohne =) weil. Quid sibi igitur Class. velit, disputans: «Der Indicativ Præsentis ἐπιστρατεύομεν ist allen Hss ist weder mit dem factischen Bestand, da der Kriegszustand vorhanden ist, noch mit dem partic. μὴ — ἀδικούμενοι vereinbar, das nur in εἰ μὴ — ἠδικούμεθα aufgelöst werden kann (quamquam etiam, ut supra vidimus, in idem valentia: διότι ἀδικούμεθα) mihi obscurum est.

Nec vero Popponis interpretationem «solemne bellum inferre» accipi posse ex supra dictis eminere puto. — Una esset defensio Ullrichii proposito, si ante οὐδέ non «commate», sed majore quodam signo, interpunctum esset ita, ut ἐπιστρ. non ex δῆλον penderet (i. e. non Atheniensium judicio subjiceretur) sed, per se positum, a Corinthiis ipsis ad causam suam confirmandam additum esset; tum autem necesse erat ἄν apponere. Ita assequeremur; οὐδ' ἂν ἐπιστρ. — μὴ-ἀδικ. (= εἰ μὴ ἠδικ.), unde tamen ad nostrum re-

laberemur: *nunc* autem *ἀδυνάμεθα* (ut *δῆλον* est); *ob id ipsum ἐπισταμ.* = *ἀδυνούμενοι* (= *διότι ἀδυν.*) *ἐπιστρατεύ-ομεν.*

I, 142, 5. *πλέον γὰρ ἡμεῖς ἔχομεν τοῦ κατὰ γῆν ἐκ τοῦ ναυτικοῦ ἐμπειρίας ἢ ἐκεῖνοι ἐκ τοῦ κατ' ἤπειρον ἐς τὰ ναυτικά.* POPPO, KRUEGERUS, BOEHMIUS, mea sententia, *aptissime ἐμπειρίας* dicunt ex *πλέον* pendere. Quod *rejicit* tamen CLASSENIUS, et ea quidem causa, quod nullo alio loco Thuc. *πλέον* cum Genitivo Partitivo conjungat.[1] Quum tamen *multa alia* apud Thucydidem *ἅπαξ λεγόμενα* occurrant et haec structura praeterea apud alios scriptores inveniatur, *non idonea* mihi videtur causa haec esse, cur hanc ad sententiam etiam explicandam tam aptam constructionem improbemus. Nam quae CLASS. (in ann. crit.) ad suam opinionem (connectenda esse *ναυτικοῦ ἐμπειρίας*) confirmandam affert, mira sunt: »*Es ist auch wohl nicht die Meinung des Thuc., dass die Athener aus dem Seeverkehr Erfahrung im Landkriege gewinnen; wohl aber nützt ihnen die Erfahrung im Seekriege für manche Vorgänge im Landkriege*». Haec mihi videtur *controversia verborum* esse. Atque ut, quam *exigua* sit *contradictio* inter has germ. dictas sententias, dilucide perspiciamus, CLASSENIUM spero concessurum esse, ut in *priore* vocem »*Seekriege*« pro »*Seeverkehr*« substituamus, itemque »*für manche Vorgänge im Landkriege*« pro solis »*im Landkriege*«; namque si locutio *τοῦ κατὰ γῆν* superiorem significationem habeat, ex *πλέον ἔχειν* pendens, non intelligo, *cur non eandem* ea etiam cum *ἐμπειρίας* cohaerenti praebeamus, eoque magis, quod, ut ipse CLASS. fatetur, his verbis *τοῦ κατὰ γῆν* in altero membro illa *ἐς τὰ ναυτικά* apertissime respondent ita, ut aeque bene Thuc. hic *ἐς τὰ κατὰ γῆν* potuerit scribere. *Prior* igitur supra *germ.* laudatarum enuntiationem sic mutatur: »*Es ist auch wohl nicht die Meinung des Thuc., dass die Athener aus dem Seekriege Erfahrung für manche Vorgänge im Landkriege gewinnen.* [rectius: *(gewonnen) haben*]. Quod tamen Thucy-

didem voluisse *difficile* sit *negare*. Sejungit CLASS. notionem «*peritia belli terrestris*» a «*peritia bello terrestri utilis*». Sit sane ita. *Quomodo* autem Atheniensibus *belli navalis* peritia in bello terrestri *prodesse* poterat (CL. «*nützt ihnen*») nisi *parte* quadam *illius* peritiæ ab illo ad hoc *transferenda*. Atque accurate nobis considerantibus apertum est, in his verbis Periclis *nullam* esse *superlationem* omnino. Namque id *notissimum* est, eos populos, quorum maxima vis *rebus maritimis* contineatur, *sæpe* tamen *utroque* belli genere uti cogi (cf. *nostræ* ætatis *Britannos*); quum ex altera parte ii, qui fere semper bella *terrestria* modo gesserint (sicut hoc loco Lacedæmonii), artis *maritimæ* pæne *rudes* sint. Ergo: *τὸ ναυτικόν* plerumque *et* bellum *navale et* bellum *terrestre* complectitur; *τὸ κατ' ἤπειρον* autem sæpissime *tantum* bellum *terrestre*. Quamobrem Athenienses *optimo jure πλέον ἐμπειρίας τοῦ κατὰ γῆν ἢ ἐκεῖνοι ἐς τὰ ναυτικά* habere dicuntur. (Novitas CLASSENII præterea non minime condemnatur eo, quod, *nulla analogia* nisus, *πλέον ἔχειν* in sententiam simplicis verbi intransitivi accepit.)

II, 44, 1. — *ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες, τὸ δ' εὐτυχές, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης, καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη.* Hunc locum difficillimum, de quo *diu* disputatum inter doctissimos viros est, quique *emendationibus* et *enarrationibus*, sententiam interdum prorsus *perturbantibus*, tentatus est, *a nullo* adhuc commentatore *recte* explicatum esse arbitror; sed quam *ab ipso Thucydide* quam maxime *concise* scriptus sit, *copiosiore* opus est expositione; quam optime processuram esse opinor, *etiam aliorum* quibusdam declarationum existimationi subjiciendis. Atque ut apertius, quæ totius comprehensionis sententia sit, judicemus, de *singulis* ejus partibus disputare libet, eoque magis, quod *tria* fere sunt in ea, de quibus dissensum est. *Primum* igitur de *τὸ δ' εὐτυχές* quæramus, de-

inde de τῆς ὑπερβατόν, *postremum* de eo enuntiato toto, quod a voce εἰς incipit. Verba τὸ δ' εὐθυχές *duobus* modis enodarunt, *alii* ea ita cum *præcedenti* sententia *connectentes*, ut partic. ὄν, ex ἀπόστασιν pendens, intelligendam esset (minus recte CLASS. εἶναι), *alii* ea arbitrati, subaudito ἐστί, *propriam* sententiam efficere. Inter eos, qui *priore* opinione fuerunt, HERMANNUS disserit: «Non solum causam video nullam, cur τὸ δ' εὐθυχές novam periodum incipere debeat, ut magis videatur manca esse sententia, nisi hæc quoque ex mente illorum, quos alloquitur Pericles, dicantur.» Item POPPO et CL. De quo tamen mihi *persuadere non potui*, et *his* quidem *causis*: 1) quia Pericles *eos*, qui audiunt, in sequentibus verbis pronomine ὑμεῖς appellat, *aptum* est verba τὸ δ' εὐθυχές accipere *non* «*de*» audientibus sed «*ad*» eos pronuntiata; 2) recepta illa verborum ἀπόστασιν et εὐθυχές cohærentia, *elationis* illius ἀποδειλιάσεως, quam Græci dicunt, *eripitur* non nihil; quamobrem Pericles, mea sententia, *multo melius*, quod sibi proposuerit, consequatur (ut animis circumstantium *consolationem* præbeat), si, interpuncto post τραφέντες *majore* quodam signo quam «commate», impetu suo latus sic exclamet: *at vero illud felix est* etc.; 3) *restat* argumentum *gravissimum*, quo adductus illam conjunctionem cum ἀπόστασιν non modo *minus opportunam*, sed prorsus *falsam* esse existimem; quod tamen, arctissime cum quæstione de verbis τῆς ὑπερβατόν connexum, optime simul cum iis demonstrabitur. Hæc igitur vocabula τῆς εὐπρ. quo *vere* spectarent, haud scio an *nemo* satis consideraverit; quo omisso, tantummodo *conformationem* eorum respicientes, quod in -ῆς caderent, tamquam «a priori» ea statuerunt cum sequentibus τελευτῆς et λύπης *simpliciter* jungenda esse; quod tamen quam *incertum minusque probabile* sit, perscrutemur. POPPO vertit: «felicitatem vero in eo positam esse, seu, felices vero eos esse sciunt, si quibus honestissimus vel, ut his nunc, exitus, vel, ut vobis, factus obtigit.» *Hanc* versionem *sequens*, quemadmodum illa supra commemorata vo-

cum τὸ δ' εὐτυχές cum ἐπίστανται connexio non *absurda* sit, ego non video. Quid enim? Cogitatione nobis effingentibus, *quem statum animorum* in iis, quos alloquebatur, Pericles aperte viderit, quum *summa mæstitia* afflicti, commixta fortasse cum lacrimis ac lamentationibus, circumstarent, *num credibile* est, eum tum jure potuisse dicere, *istos*, quos talis *summæ acerbitatis* premeret *ægritudo*, ipsos *persuasum* habere, illum *adolescentium exitum* aut illum suum *ipsorum luctum* aliquid *felicitatis* præbere? *Estne*, quæso, *veri simile*, in *oribus* eorum *vestigium* felicitatis vel tranquillitatis animi exstitisse *ullum?* Quod tamen, εἰ ἠπιστήθησαν τόδ' εὐτυχὲς ὄν, ullo modo etiam *ostendere* debuerunt. Quæ quum ita sint, nonne *opportunius minusque* a tota hac oratione *abhorrens* est *ita* hæc verba τὸ δ' εὐτυχές sqq. accipere, ut iis *Pericles* parentes, qui liberos amisissent, *consolari* voluerit? Mihi quidem videtur: Versione igitur POPPONIS comprobata, *non licere* arbitror verba τὸ δ' εὐτυχές sqq. quasi ex audientium animis expromere, sed *ex ipsius Periclis* sententia eruere. CLASSENIUS aliquanto *aptius*: «*Die Allgemeinheit des Ausspruches (dass diejenigen schon glücklich zu nennen seien, denen an irgend einem Ruhmwürdigen ein Antheil zugefallen) hätte das Neutrum* τοῦ εὐπρ. *erwarten lassen. Allein die gleich hervortretende Anwendung auf den vorliegenden Fall zieht das Adjectiv im Geschlechte an die folgenden Nomina.*» Quæ explanatio, quamquam minus a veritate recedit, tamen *sententiæ* totius ambitus *non satisfacit; neque* enim *magis* quam apud POPPONEM *(sie wissen, dass sie in wechselnden Begebnissen gelebt, — (dass) es aber glücklich sei, wenn man einen Tod oder eine Sorge, so ehrenvoll als möglich, erhalte)* hoc proposito CLASSENII *(sie wissen —, dass es aber glücklich sei, wenn man an irgend einem Ruhmwürdigen einen Antheil gefangen)* quæ *relatio* intersit inter prius enuntiatum, ἐν πολυτρ. γὰρ — κραφέντες, et *posterius* τὸ δ' εὐτυχές, οἳ — λάχωσιν, apparet; *maximeque* profecto, si ὄν pro ἐστί suppletur, *ratio* ipsa postulat, ut

hæ sententiæ inter se quoddam *vinculum* habeant *commune*, neu ita quasi saltu quodam *dirumpantur*. *Nec vero* magis ad hanc lacunam explendam substituto *ἐστί* pro *ὄν* adjuvamur. *Vitium* igitur quoddam in *omnibus* antea expositis de hoc loco explicationibus inesse puto; quod quidem *ortum* ex negligentia *veram* verborum *τῆς εὐπρεπεστάτης* significationem exquirendi arbitror. Quoniam igitur POPPO, cui *omnes* pæne, *excepto* CLASSENIO, consentiunt, quid de his verbis sentiret, itemque quid CLASS., supra commemoravi, *mihi* liceat *novum* quiddam et *meum* proponere, quod si comprobabitur, *lacuna* illa, opinor, *refercietur*. Quum Pericles dicit: *ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες*, hæc verba ad homines *majores natu* convertens, mihi pæne *perspicuum* est, eum ad vicissitudines casuum, quos Athenienses in «*bellis Persarum*» subierint, respicere; ex quibus etsi civitates universæ gloriam ac laudes erant nactæ, *singulis* tamen hominibus *multum tristitiæ*, *multum acerbitatis*, amissis et propinquis et bonis, allatum erat. Ergo: *inter illas ξυμφοράς* Pericles nunc *eas* præsertim intelligit, quæ generis *minus læti* fuerint, quibusque *in memoriam* revocandis Athenienses admonitos vult, *quum jam antea sint miseris casibus assueti, ne magis nunc constantia animi destituantur*. Quo concesso *etiam illud* clarum est, et *ipsum Periclem* has exsequias *mæroris* plus quam felicitatis præbere censuisse (quo enim jure illum ab *aliorum omnium*, qui in quaque orbis terrarum parte sunt, modo sentiendi *abhorruisse* duxerimus?) et *omnes illos parentes*, qui jam quos *carissimos* habuissent, in quibusque pulcherrimam *spem* collocassent, in æternum sibi *ereptos* et *humatos* viderent, *non modo non felicitatem* quandam sensisse aut præ se tulisse sed *multo melius feliciusque* fuisse putaturos, si *liberi* sui *mortem effugissent* et si *ipsi* illum *luctum non* accepissent. *Explanandum* igitur esse *sic* statuo: *τὸ δ' εὐτυχές* (*ἐστι*), *οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης* (sc. *ξυμφορᾶς* = calamitatis, vel *τῶν ξυμφορῶν*) *λάχωσιν*, *ὥσπερ ἐστὶ νῦν τῶνδε μὲν ἡ τελευτή, ὑμῶν*

δὲ ἡ λύπη. (Quo admisso, *similitudo flexionis* vocum εὐπρεπεστάτης, τελευτῆς, λύπης *aut casu* inciderit, *aut* concinnitatis causa effecta sit.) *Planius:* — παραμυθήσομαι· ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες· — τὸ δ' εὐτυχές, οἳ ἂν τῶν ξυμφορῶν «ὡς μάλιστα εὐπρεπῶν» (= ὡς μάλ. «εὐπρεπείᾳ» κοσμηθεισῶν) λάχωσιν, ὥσπερ νῦν εὐπρεπεστάτη ἐστὶ τῶνδε μὲν ἡ τελευτή, ὁμῶν δὲ ἡ λύπη. i. e. consolabor; in variis enim casibus (etiam *miseris*) adolevisse se sciunt (ut *hæc* miseria iis *non prima* sit); *illud vero felix est* (= illa in mærore *consolatio* est = *das ist aber Glück im Unglück*), si ii, qui *calamitate* afficiantur, eam *quam maxime honestam* accipiant, sicut nunc *honestissima* est *horum mors* et *vester luctus*. Ergo: verba τελευτῆς et λύπης *species* puto esse universi *generis* ξυμφοραῖς, itemque τῆς εὐπρεπεστάτης generis πολυτρόποις.

Atque ut jam ad sequentia transeamus: καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη, raro plura, quam hic, excogitata et ficta vidi. Sed, quoniam POPPO satis magnam copiam diversarum enarrationum in commentariis suis collegit, omittens omnes illas, ipse POPPO quid sentiat, afferam: «felices esse, quibus vita ita descripta et dispensata fuerit, ut in ea secunda fortuna uterentur et præclare eam finirent (antequam ærumnis longiorem vitam comitantibus afflicti essent).» Præclare et sensa et dicta. Animadvertit quoque, «inde a Scholiasta plerisque interpretatoribus ita visum esse.» Quæ fuit tandem causa, cur alii tantam simplicitatem *impenetrabili obscuritate* involverent? Quamquam *ne hac quidem* versione *usque* ad animos *Periclis* et *Thucydidis* perventum esse existimo. KRUEGERUS dicit: «*Der Gedanke ist wohl: gleichmässig ihr Glück abgeschlossen, wie in und mit demselben ihr Ende gefunden zu haben.*» Illustrius quidem et oratoris sententiæ convenientius haud scio an *nema* omnium locutus sit. Et in hac tam bona intelligentia KRUEG. hanc sententiam e scriptura græca elicere *sibi non videtur posse*, sed suspicatur, Thucydidem ἐνεμετρήθη vel aliud

similе pro *ἐντελευτῆσαι* scripsisse. *Mirabilis difficultates efficiendi propensio.* *Mendum* ego quoddam in *omnibus* hoc verba enarrandi conatibus, et mendum certe non minimum fuisse puto in explicando verbo *ξυνεμετρήθη*. Popponis versio jam supra laudata est: «descripta et dispensata fuerit (quæ in *Observv. in Thuc.* p. 146 germ. transfert: *zugemessen, zugetheilt*). Item Kruegerus. Videamus apud Bétant! *ξυμμετρεῖσθαι* = *commetiri*. Commode. Pervolutantibus opus Thucydidis semel nobis occurrit alibi: III, 20, 3: *χλίμακας ἐπεποίηντο ἴσας τῷ τείχει τῶν πολεμίων, ξυνεμετρήσαντο δὲ ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν πλίνθων*. Quis dubitet, quin hic germ. reddendum sit: *gleich messen, abpassen?* *Pariter nostro* loco. Quamquam enim *βίος* hujus enuntiati *grammaticum*, quod appellant, Subjectum est, *vis* tamen omnis notionibus *ἐνευδαιμονῆσαι* et *ἐντελευτῆσαι* insidet; quamobrem sententia hoc modo exprimi potest: *οἷς τό τε εὐδαιμονῆσαι ἐν τῷ βίῳ καὶ τὸ τελευτῆσαι ἀνδρὸς ὁμοίως ξυνεμετρήθη*, i. e. *quibus fortuna vitæ et finis (vitæ) æque (inter se) quadrata sunt* (proprie: quibus vita æque quadrata est ad fortunam et ad finem). Observ. autem, *ὁμοίως non* ad *modum* (vivendi vel moriendi) sed ad *tempus* spectare. [*Non recte*, opinor, explicat Hermannus (sicut etiam alii): «ut in ea pari et felicitate et exitu uterentur»]. *Ergo:* 1) *ὁμοίως* cum *ξυνεμετρ.* jungendam est; 2) *diuturnitas fortunæ et vitæ*, (non genus fortunæ et mortis) quæritur. Eadem sententia sic exponi potest: *οἷς τὸ μῆκος τοῦ βίου* (= *ἐντελευτ.*) *ξυνεμετρήθη ὁμοίως τῷ μήκει τῆς εὐδαιμονίας* (i. e: *qui ea ætate mortui sunt, quum plerumque hominum fortuna desinit* = qui mortui sunt *juvenes.*) Quod ad *ἐνευδαιμονῆσαι* attinet, apta videtur explicatio Popponis: (*ὁ βίος ξυνεμετρήθη*) «*εὐδαιμονῆσαι ἐν αὐτῷ*». Summis autem vexationibus *ἐντελευτῆσαι* obnoxium fuit; de quo si præp. *ἐν* detracta sit, nihil jam restare obstaculi puto. Quæ Poppo objicit: « — sive *τελευτῆσαι* sive *ἐντελευτῆσαι* legimus, absurda est sententia: felices ii sunt, quibus vita data est, ut (in ea) moriantur»,

nihil existimo valere; nam hæc opinio a *perversitate* verbum ξυνεμετρήθη interpretandi profecta est; quod quidem «data est» *non* notat. *Unius* codicis lectio «τελευτῆσαι» non satis præbet testimonii ad præp. ἐν delendam, quod ego malim; at vero etiam retenta nihil aliud arbitror ea expressum esse nisi ut concinnitatem quandam oculis efficiat, sine alia quam simplicis τελευτῆσαι significatione *Denique* quod proposuit POPPO (recepitque STAHLIUS): εὖ τελευτῆσαι, *rejiciendum* esse puto; nam: 1) *non modum* moriendi (bene aut male) intelligi, supra me probasse opinor; 2) εὖ τελ. *nihil aliud* quam superiorem notionem εὐπρεπεστάτης τελευτῆς *repeteret*. Meæ explanationi repugnant quæ disserit CLASS.: «*dass die in allen angenommene ununterbrochene Fortdauer des Glückes bis ans Ende der Absicht des Redners nicht entspricht, der in Einklang mit den πολυτρόποις ξυμφοραῖς einen Wechsel von glücklichen und schmerzlichen Erlebnissen als das Normalmass, die ξυμμέτρησις fürs Leben ansieht.*» Quæ si veræ CLASSENII opinioni respondent, *duo* quidem ejus memoria *excidisse* videntur: 1) et Periclem verba πολυτρ. ξυμφ. ad homines *ætate longius provectos* referre, 2) et vero *communem* quendam morem apud *omnes* populos facilem cognitu esse, quo semper utantur ii, qui *parentes* ob amissos liberos *consolari* velint, ut dicant: *felices vero sunt, qui moriuntur juvenes.* An vero credit CLASS., *quemquam*, qui ita loquatur, ipsum putare, eos, qui modo e vita decesserint, *numquam* in toto suo cursu, *quacunque* fuerit *brevitate*, in *molestiam* aliquando et *incommodum* incidisse? Quæ ipse conjicit [«ὡς pro οἷς, et ἐναλγῆσαι vel ἐλλυπηθῆναι pro ἐντελευτῆσαι, *so dass der Sinn wäre: und* (ἐπίστανται εὐτυχὲς ὄν) *dass das irdische Leben sowohl darin Glückliches zu erfahren als auch Schmerzliches gleichmässig bestimmt ist*»)apta sunt ad Christianos, *non* ad *Græcos* consolandos.

II, 60, 5. *καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὃς οὐδενὸς εἶναι φασιν εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα, φιλόπολίς τε καὶ χρημάτων κρείσσων. ὅ τε γὰρ γνοὺς καὶ μὴ σαφῶς διδάξας ἐν ἴσῳ καὶ εἰ μὴ ἐνεθυμήθη· ὅ τ' ἔχων ἀμφότερα, τῇ δὲ πόλει δύσνους, οὐκ ἄν ὁμοίως τι οἰκείως φράζοι.* MADVIGIUS (v. *Advv. critica*) ad hunc locum: »scribendum videtur: *οὐκ ἄν ὅμως* (pro *ὁμοίως*) *τι οἰκείως φράζοι*. Alterum enim significat, hominem prudentem disertumque, sed male erga civitatem animatum non perinde, sed tamen aliqua ex parte patriam juvare.» CLASS. vertit: »*nicht mit gleicher Hingebung*.» Hac versione usus, non admirandum est, si quis dubitet, num vulgata lectio recta sit. Sed ex hujusmodi interpretatione *deformata*, opinor, imago sententiæ Thucydidis oritur. Pericles enim, ut enumeravit, quas facultates quum habeat (*γνῶναι, ἑρμηνεῦσαι, φιλόπολις εἶναι, χρημάτων κρείσσων*), ut sibi confidendum sit postulet, de his notionibus quærit singulis, in qua expositione ubi duas priores partes inter se examinavit, addit hæc: qui utramque harum (*γνῶναι* et *ἑρμηνεῦσαι*) habeat, civitati autem sit inimicus, *nihil eum*, credo *in salutem* rei publicæ loqui (*ὁμοίως* sc. *ὡς φιλόπολις ὤν* =) *sicut ego, Pericles*, facio. *οὐκ* igitur (non ad *ὁμοίως*, sed) ad *τι οἰκείως φράζοι* pertinet (*οὐ τι* = *nihil*). Constr.: *οὐκ ἄν τι οἰκείως φράζοι ὁμοίως*. Ita autem *ὁμοίως* (*non gradum*, sed) *modum agendi* exprimit. — Jam vero illud *ὅμως* a MADVIGIO propositum num linguæ legibus conveniat, dubito. »Civitati — *inimicus*, nihil *tamen* is *in utilitatem* etc.»; hæc ferri non possunt, interpositis verbis *τῇ δὲ πόλει δύσνους*. Nam *ὅμως*, sicut latinum »*tamen*», eo fungitur munere, ut superius quoddam enuntiatum concessivum aliqua ex parte *restringat*. Quamobrem, si hic legeretur: *ὅ τ' ἔχων ἀμφότερα, οὐκ ἄν ὅμως τι οἰκ. φράζοι* (*εἰ τῇ πόλει δύσνους ἐστί*), nihil esset opponendum. *Nunc* vero *hæc detractio* jam verbis *τῇ δὲ πόλει δύσνους præoccupata* est; ratione enim utilitatis rei publicæ habita his verbis illa in *ὅ τ' ἔχων ἀμφότερα* posita

vis aliquanto deminuitur. Atque hanc collocationem τῇ πόλει «δύσνους» — οὐκ ἂν «ὅμως» εἰκείως intolerabilem esse, ex eo apparet, quod in verbis τῇ δὲ πόλει δύσνους ipsa causa insidet, cur οὐκ ἄν τι εἰκείως φρονεῖν. Quod autem ex causa aliqua efficitur, nequit cum ipsa causa particula ὅμως conjungi.

III, 81, 4. — Κερκυραῖοι σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς δοκοῦντας εἶναι ἐφόνευον, τὴν μὲν αἰτίαν ἐπιφέροντες τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσιν, ἀπέθανον δέ τινες καὶ ἰδίας ἔχθρας ἕνεκα, καὶ ἄλλοι χρημάτων σφίσιν ὀφειλομένων ὑπὸ τῶν λαβόντων. Quæ recta sit sententia hujus loci, jam antea perspectum est. Poppo Bauerum laudat: »his qui solutum irent populi potestatem directo et palam intendebant crimen, quidam vere et privato odio, nullo crimine, interfecti etc.» Item Hermannus aliique. Madvigius autem disserit: »mirifice prætextus interficiendi significatur participio addito articulo. Scribendum: — ἐπιφέροντες ὅτι τὸν δῆμον καταλύουσιν. (Poterat etiam participium poni: ὡς τὸν δῆμον καταλύουσιν).» Si recte sensisset Madv., his verbis tantum »prætextum» aliquem significari, jure suspicatus esset, ὅτι vel ὡς scribendum esse; ex eodem autem concluderetur, hanc »τὴν αἰτίαν» fortasse *falsam* fuisse. Perlegentibus tamen nobis descriptionem Thucydidis, qua atrocitates atque horrores civilis belli Corcyræorum copiose enarrat, sine difficultate apparet, τὸ μέρος ὀλιγαρχικῶν re vera studuisse omnibus modis, ἵνα τὸν δῆμον καταλύσιεν. His igitur (τοῖς τὸν δ. καταλ.) ὁ δῆμος existimabat *jure* posse intendi crimen. *Præter* hos autem *etiam alii* privato odio interempti sunt. Quæ quum ita sint, »τοῖς τὸν δῆμ. κ.» *sejungendi* sunt a »τινές» et »ἄλλοι». Ex Madvigii autem sententia hi τινές et ἄλλοι *non copulandi* cum τοῖς τὸν δ. κ., sed *subjungendi* essent notioni »οἷς (vel ὅτι) τὸν δῆμ. κ.»; i. e. *omnibus*, quos interficere vellet, ὁ δῆμος primo crimen »τῆς ὀλιγαρχίας» inferret. Sed si essent, quos *etsi non posset* demonstrari a parte τῆς ὀλιγαρχίας stare, *tamen* in per-

niciem ut deducerentur quavis alia causa quidam optarent, quo modo tum, quod molirentur, obtinerent? *Non aliter* sane nisi »*prætextibus*» fingendis. Ergo hæc *injuria* excogitata argumenta *in duos posteriores*, *τινές* et *ἄλλοι*, non in priores, *τοῖς τ. δ. κ.*, cadunt. Cf. capitis 82 extr.: *τὰ δὲ μέσα ὑπ' ἀμφοτέρων ἢ ὅτι οὐ ξυνηγωνίζοντο ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι διεφθείροντο.* [Postea vidi, a STAHLIO (in ed. ster. 1, ann. crit. p. XLIII) similia angustius adumbrata esse contra *ὡς*].

III, 90, 1. *Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους ἐπολέμουν μὲν καὶ ἄλλοι, ὡς ἑκάστοις ξυνέβαινεν, ἐν τῇ Σικελίᾳ, καὶ αὐτοὶ οἱ Σικελιῶται ἐπ' ἀλλήλους στρατεύοντες καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ξὺν τοῖς σφετέροις ξυμμάχοις· ἃ δὲ λόγου μάλιστα ἄξια ἢ μετὰ τῶν Ἀθηναίων οἱ ξύμμαχοι ἔπραξαν ἢ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους οἱ ἀντιπόλεμοι, τούτων μνησθήσομαι,* Hanc codicum consensu exhibitam scripturam *ἄλλοι* a loci sententia discrepantem esse videns POPPO proposuit *ἄλλα*, quod recepit CLASSENIUS. KRUEGERUS autem et BOEHMIUS, retento *ἄλλοι*, Thucydidem censent *τοὺς Σικελούς* (»*die Sikeler*») intellexisse. Quod *parum* est probabile. Nam hi, ubicunque a Thucydide dicuntur (III, 103; 115. VI, 62; 65. alibi) *aut societatem* cum *Atheniensibus* ineuntes *aut bellum* iis inferentes repræsentantur; quo considerato *secerni non possunt* a bello Atheniensium. MADVIGIUS disserit: »jure Poppo et Classenius mirati sunt, *ἄλλους* illos et a Siciliensibus et ab Atheniensibus separari; sed nihilo aptius quod substituunt *ἄλλα*. Tollendum inscite additum *καί* ante *αὐτοί*: bellum gesserunt et alii, Sicilienses ipsi inter se, et Athenienses sociique eorum.» Quod quam sit improbabile videamus. Quo nisus CLASSENIUS propositum POPPONIS comprobavit, jam per se ipsum non infirmum est: »*das folgende ἃ δὲ λόγου — τούτων μνησθήσομαι fordert entschieden einen voraufgegangenen Gegensatz und diesen bietet aufs angemessenste καὶ ἄλλα, ὡς ἑκάστοις ξυνέβαινε, womit eine Reihe minder wichtiger Vorfälle umfasst sind.*» Spreto

tamen hoc argumento MADVIGIUS verba *αὐτοὶ οἱ Σικ. ἐπ' ἄλλ. στρ.* vult »*appositive*» huic *ἄλλοι* subjecta. Quo jure, inquiramus. *Primum* talis conjunctio interpositis *ὡς ἐκ. ξυνέβ., ἐν τῇ Σικ. molesta* esset. *Jam vero* hæc ipsa verba *legitimum* locum *non* obtinerent. Nam verba *ἐν τῇ Σικ.* necessario *et* ad Sicilienses *et* ad Athenienses pertinere, apertum est. Itemque *ὡς ἑκάστοις ξυνέβαινε*, ad quæ annotat Schol.: »*ὡς ἑκάστοις τισὶν αἰτία τοῦ στασιάζειν καὶ πολεμεῖν.*» Quin *στασιάζειν* ad discordias *inter se Siciliensium* et *πολεμεῖν* ad bellum Siciliensium *cum Atheniensibus* gestum spectet, non dubitandum est. *Non apte* igitur *ὡς ἑκάστοις — Σικ.* (quæ ad *Sicilienses et Athenienses* pertinent) in sententiam (*ἄλλοι — αὐτοί*), quæ *tantum res Siciliensium* complecteretur, infercirentur. *Denique*, id quod maximum est, quum *distinguit* MADV. »intestina incolarum bella» ab »externo Atheniensium» [alii (= Sic.) — Athen.], *concludendum est*, hæc duo genera *nihil commune* habuisse. *Quibus* tandem Athenienses (cum sociis suis) bellum intulerunt, nisi *parti* cuidam *ipsorum Siciliensium?* Quamobrem ad *ἐπολέμουν οἱ Ἀθηναῖοι* supplendum est: *πρὸς τοὺς Σικελιώτας* (vel *πρὸς ἐνίους τῶν Σικελιωτῶν*). *Pro ἐπολέμουν οἱ Ἀθην. πρὸς τ. Σικ.* dici potest: *οἱ Σικ.* (vel *ἔνιοι τῶν Σικελ.*) *ἐπολέμουν πρὸς τοὺς Ἀθην. Quomodo* igitur dicamus: *ἐπολέμουν μὲν καὶ »ἄλλοι»* (= *»αὐτοὶ οἱ Σικ.» ἐπ' ἀλ. στρ.*), *καὶ »οἱ Σικ.» πρὸς τ. Ἀθην.? Ergo:* quoniam *οἱ Σικελιῶται* ad *utrumque* membrum pertinent, *non possunt* in priore voce *ἄλλοι* significari. — Quærentibus jam nobis, quomodo mendum irrepserit, facile declaratu est. *Vetustius* enim esse codicum consensu demonstratur, exortum sine dubio temporibus iis, quum librarii linguæ græcæ magis quam postea compotes essent, quorum quidam, hac tam insolita constructione *πολεμεῖν ἄλλα* offensus, mutandam eam esse putavit in *ἄλλοι*. Conf. 1, 65, 2: *ξυνεπολέμει τὰ ἄλλα.*

IV, 68, 4. — *ἐαλωκότων ἤδη τῶν τειχῶν καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει Μεγαρέων θορυβουμένων, οἱ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους*

πράξαντες καὶ ἄλλο μετ' αὐτῶν πλῆθος, ὃ ξυνῄδει, ἔφασαν χρῆναι ἀνοίγειν τὰς πύλας καὶ ἐπεξιέναι ἐς μάχην. ξυνέκειτο δὲ αὐτοῖς τῶν πυλῶν ἀνοιχθεισῶν ἐσπίπτειν τοὺς Ἀθηναίους, αὐτοὶ δὲ διάδηλοι ἔμελλον ἔσεσθαι· λίπα γὰρ ἀλείψεσθαι, ὅπως μὴ ἀδικῶνται. ἀσφάλεια δὲ αὐτοῖς μᾶλλον ἐγίγνετο τῆς ἀνοίξεως· καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς Ἐλευσῖνος κατὰ τὸ ξυγκείμενον τετρακισχίλιοι ὁπλῖται τῶν Ἀθηναίων καὶ ἱππῆς ἑξακόσιοι τὴν νύκτα πορευόμενοι παρῆσαν. Hunc locum CLASSENIUS *transpositione* quadam e sua legitima structura *deturbatum esse* suspicans, sanari mendum vult verbis ἀσφάλεια — παρῆσαν ita retrahendis, ut μάχην excipiant, ac deinde sequantur ξυνέκειτο — ἀδικῶνται. Quod, *per se violentius* quam ut statim accipiatur, STAHLIUS, articulo τό ante ξυγκείμενον posito nisus, *refellere* conatur (cf. *Jahrb.* 1870). Quam reprehensionem spernens (et exigui quidem momenti est) CLASS. *in editione secunda* (v. ann. crit.) *rursus* suum propositum aliorum judicio subjicit. Cujus voluntati obsequar. *Omisisse* videntur et CLASS. et STAHLIUS, ejusmodi transformatione *sententiam* totius loci *infelicissime confundi;* nam ita vox ἀσφάλεια *nullam* haberet *declarationem.* Quum οἱ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πράξαντες clament: χρῆναι ἀνοίγειν τὰς πύλας καὶ ἐπεξιέναι ἐς μάχην (sc. πρὸς τοὺς Ἀθην.), in his clamoribus *nulla* inest *causa* «ἀσφάλειαν» commemorandi. *A quorum* parte οἱ πρὸς τ. Ἀθ. πράξ. *periculum* metuebant ita, ut sibi ἀσφάλεια opus esset? Nempe *ab aliis civibus,* qui cum istis *non consentirent.* Verum his cohortationibus: χρῆναι ἀν. τ. πύλ. καὶ ἐπεξ. ἐς μ. (πρὸς τ. Ἀθ.) *nulla poterat excitari ira* in iis, qui non ab Atheniensibus stabant, quippe qui *etiam ipsi non inviti,* si essent ausi, *erupissent.* Quis dubitet, quin ἀσφάλεια originem suam debeat prægressis ἐσπίπτειν τοὺς Ἀθηναίους? Nam *si hoc fieret,* isti, qui eos immisissent, *in discrimen venturi erant.* Necesse igitur, *causam* (ἐσπ. τ. Ἀθ.) nominari *ante* ea, *quæ* ex hac causa *efficiantur* (periculum et ἀσφάλεια). Ergo tota sententia: ἔφασαν χρῆναι ἀνοίγειν τὰς πύλας (καὶ ἐπεξιέναι ἐς μάχην =) ὡς ἐπεξε-

λευσόμενοι ἐς μ. (i. e. *simulantes*, ad pugnam egrediendum esse)· ξυνέκειτο δὲ (i. e. *sed re vera* convenerant cum Ath.) — ἐσπίπτειν τ. Ἀθ. Quo igitur spectans CLASS. disseruerit: »*der voraufgehende Satz* (ξυνέκ. δὲ κ.τ.λ.) *enthielt, was nach der Oeffnung der Thore erfolgen sollte* (ἐσπ. τ. Ἀθ.); *da kommt diese Andeutung* (ἀσφάλεια) *doch sehr spät*«, ego non perspicio. Persequitur: »*der vorige Satz* (ξυνέκ. — τ. Ἀθ.) *dagegen redet unerwartet von einer Verabredung, von der es weder deutlich ist, mit wem sie getroffen ist, noch von wem sie ausgeführt werden soll: denn nach dem Voraufgehenden sollte man unter* τοὺς Ἀθηναίους *diejenigen verstehen, welche sich der langen Mauern bemächtigt hatten; diese sind aber offenbar nicht gemeint.*« Quid igitur? Si CLASSENII propositum comprobarimus, fitne tum perspicuum, *quibuscum* οἱ πρὸς τ. Ἀθ. πράξ. convenerint? *Non quidem magis* quam ex vulgata. Licet »οἱ ἀπὸ τῆς Ἑλευσῖνος« *ante* ξυνέκειτο posuerimus, putatne CLASS., cum *his* conventum fuisse? *Nullo modo* credibile. *Non est dubium*, quin οἱ πρὸς τ. Ἀθ. πράξ. cum *ducibus* eorum Atheniensium, qui longos muros obsederant, i. e. cum *Demosthene* et *Hippocrate* illam conventionem inierint; dici etiam potest: omnino »cum Atheniensibus«, (sicut germ. loqui possumus: *ein Theil der Einwohner hatte mit* »*den Russen*« *abgeredet, dass diese ein Regiment in die Stadt hineinwerfen sollten.*) Atqui hæc significatio *æque commode* e vulgata elicitur. Deinde: »*von wem sollte die Verabredung ausgeführt werden*«? »A priori« credit CLASS., id efficiendum fuisse »*istis* ἀπὸ τῆς Ἑλευσῖνος«; *quo* quidem *nihil incertius* est. Quo enim modo tum vocem μᾶλλον intelligamus? Illustratur hoc μᾶλλον sequentibus καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς Ἑλευσῖνος. Sed, si per hos, *postea* accedentes, ἀσφάλεια *aucta est*, necesse est ponere, *jam antea* eam saltem *aliqua ex parte* exstitisse. Sic etiam res se habet. Namque hæc *minor* ἀσφάλεια ex verbis ἑαλωκότων ἤδη τῶν τειχῶν καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει Μεγαρέων θορυβουμένων profecta est. Cohærentia igitur sententiarum sic cogitanda est: ἑαλωκ. — θορυβουμ., »ἀσφαλῶς« ἐνόμισαν

ἔχειν ἀνοίγειν τὰς πύλας (λόγῳ μὲν ὡς ἐπεξελευς. ἐς μάχην πρὸς τ. Ἀθ.) ἔργῳ δὲ ἵνα, ὡς ξυνέκειτο, ἐσπίπτοιεν οἱ Ἀθην. αὕτη δὲ ἡ ἀσφάλεια τῆς ἀνοίξεως »μᾶλλον» ἐγίγνετο· καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς Ἐλευσῖνος — παρῆσαν. Ex quo apparere duco, »τοὺς Ἀθηναίους» (in ἐσπ. τ. Ἀθ.) *nullo modo* prorsus *eosdem* significare atque »οἱ ἀπὸ τῆς Ἐλ.»; nam si hi posteriores *soli* ad irruendum destinati fuissent, *ne in mentem quidem* venire debuit proditoribus *τοῦ ἀνοίγειν τὰς πύλας*, *priusquam* etiam hi (ἀπὸ τ. Ἐλ.) advenissent; i. e. *ante* eorum adventum *nulla fuisset omnino ἀσφάλεια τῆς ἀνοίξεως*. Scriptum est tamen aperte, adventu eorum *ἀσφάλειαν non ortam* esse, sed *auctam*. »τοὺς Ἀθηναίους» igitur notare oportet vel *Athenienses*, *universe* nominatos (cf. locut.: »*die Russen*» *stürmten mit zwei Regimenten = zwei russ. Regim. stürmten*), vel *eos ipsos*, *qui longos muros obsederant*; qui tamen quum *pauciores* essent, *ἀσφάλεια minor* erat; accedentibus istis *ἀπὸ τ. Ἐλ. major* facta est. — *Nondum* tamen omnes difficultates superatæ sunt; obscuritas enim quædam propter verba *κατὰ τὸ ξυγκείμενον* restat. Ex quibus colligendum est, proditores cum Demosthene et Hippocrate *convenisse*, ut hi *μεταπέμψονται ἀπὸ τῆς Ἐλ. τετρακισχ. ὁπλ. κ. ἱππ. ἑξακ.*, qui præsto futuri essent *ἑαλωκότων τῶν τειχῶν*. Jam *quæritur*: num illa conventione constitutum erat, ut hi *ἀπὸ τ. Ἐλ. necessario ἐν αὐτῇ τῇ ἐσπιπτώσει comites* essent? (*Non* »*solos*» fuisse eos irrupturos, supra demonstravi.) Difficile creditu. Nam, si id ponitur, idem, quod supra, objiciendum est: *ne in mentem quidem* venire debuit proditoribus *ante* eorum adventum *τοῦ ἀνοίγειν τὰς πύλας*. Hoc forsitan ita expediri possit: *οἱ ἀπὸ τῆς Ἐλ.* adesse jussi erant, *non* ut simul cum aliis, jam præsentibus, (qui muros obsederant,) in urbem *irruerent*, sed ut captam eam ab iis *acciperent* et *tuerentur*; dum autem clamabant proditores: *χρῆναι ἀνοίγειν τὰς πύλας*, *tum ipsum καὶ οἱ ἀπὸ τ. Ἐλ. — παρῆσαν (nondum exspectati)*; quamobrem proditoribus *μᾶλλον ἐγίγνετο ἀσφάλεια*, quod molirentur, exsequendi; neque enim dubitari

poterat, quin *οἱ ἀπὸ τ. Ἑλ.* eos, qui antea aderant, in ipsa irruptione *adjuturi* essent. — Fac autem ita conventum fuisse, ut etiam *οἱ ἀπὸ τ. Ἑλ.* *ipsius ἐσπιπτώσεως* participes forent, tum mihi videtur *nulla alia* posse dari explicatio quam hæc: *ἐαλωκότων ἤδη τῶν τειχῶν καὶ — θορυβ.*, tum proditoribus aptissimum visum est *statim* (etsi *nondum advenissent* exspectati *οἱ ἀπὸ τ. Ἑλ.*) *ἀνοίγειν τὰς πύλας* (ne *tempus perderent)*; dum autem ita clamabant, *καὶ οἱ ἀπὸ τ. Ἑλ. κατὰ τὸ ξυγκείμενον — παρῆσαν*, quo *μᾶλλον ἐγ. ἀσφ.* Vulgatam sequentes *alterutram* harum enarrationum necesse esse arbitror accipiamus. — Facillima tamen esset expeditio deletis simul cum *οἱ* (ut volunt STAHLIUS et CLASSENIUS) etiam verbis *κατὰ τὸ ξυγκείμενον*; quo haberemus: *ἑαλωκ. τῶν τειχῶν — »ἀσφαλῶς» ἐνόμισαν ἔχειν ἀνοίγειν τὰς πύλας. ἀσφάλεια δὲ »μᾶλλον» ἐγίγνετο· καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς Ἐλευσῖνος τειρακισχ. — παρῆσαν*, (i. e. quoniam *numerus* Atheniensium *auctus* erat).

IV, 87, 2. — *εὖνοι δ' ὄντες ἀξιώσετε μὴ κακούμενοι διωθεῖσθαι*, —. Erravit in hoc loco CLASS.: «*wenn ihr dabei aber doch euch heraus nehmen wollt, weil ihr ja (uns) wohlgesinnt seid, uns ohne Schaden für euch abzuwenden*»; quod eo mirabilius est, quod jam PORTUS, meliusque DOBRÆUS *veram* sententiam expressit: «si poscatis, ut incolumibus liceat vobis nos rejicere.» Manifestus fit lapsus in § 3 huj. cap. *(ed. sec.)*, ubi CLASS., sic interpuncto: *ὅπως μή, τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ εἰ μὴ προσαχθήσεσθε, κ.τ.λ.*, annotat: «*ironische Zurückweisung auf die supponirte Begründung der abschlägigen Antwort: εὖνοι ὄντες κ.τ.λ.: damit sie nicht, wenn ihr in Folge eurer (gerühmten) guten Gesinnung (von ihnen) nicht in Abhängigkeit gebracht werden u. s. w.*» Prorsus falsum. Certe, si CLASS. MADVIGII enarrationem verborum *τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ (Lacedæmoniorum* erga Acanthios benevolentia, *non Acanthiorum* erga Lac.) comprobasset, minus esset perversum. Alioquin MADV. alia (recta) interpunctione usus hæc proposuit; quo tum jure, ego

in medio relinquo. Hæc *μὴ προσαχθήσεσθε* prorsus idem atque illud *διωθεῖσθαι* significare, patet. In nostro igitur enuntiato CLASS. verbis *εὖνοι δ' ὄντες causam* putat inhærere *τοῦ διωθεῖσθαι*; quo nihil est intolerabilius. In *εὖνοι δ' ὄντες* enim Acanthii inesse voluerunt, cur possent sperare, se, *etiamsi* Brasidæ non obtemperarent (*διωθ.*), *incolumes fore*, h. e. *causam τοῦ μὴ κακοῦσθαι*. Ex quo efficitur, ut in posteriore sententia sic interpungendum sit: *ὅπως μὴ τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ, εἰ μὴ προσαχθ.*

IV, 117. *Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Ἀθηναῖοι — ἐκεχειρίαν ἐποιήσαντο —, νομίσαντες Ἀθηναίοις μὲν οὐκ ἂν ἔτι τὸν Βρασίδαν σφῶν προσαποστῆσαι οὐδέν, πρὶν παρασκευάσαιντο καθ' ἡσυχίαν, καὶ ἅμα, εἰ καλῶς σφίσιν ἔχοι, καὶ ξυμβῆναι τὰ πλείω, Λακεδαιμόνιοι δὲ ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ἡγούμενοι ἅπερ ἔδεισαν φοβεῖσθαι καὶ — ἐπιθυμήσειν αὐτοὺς — ξυναλλαγῆναί τε καὶ τοὺς ἄνδρας σφίσιν ἀποδόντας σπονδὰς ποιήσασθαι καὶ ἐς τὸν πλείω χρόνον. τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας περὶ πλείονος ἐποιοῦντο κομίσασθαι, ὡς ἔτι Βρασίδας εὐτύχει, καὶ ἔμελλον, ἐπὶ μεῖζον χωρήσαντος αὐτοῦ καὶ ἀντίπαλα καταστήσαντος, τῶν μὲν στέρεσθαι, τοῖς δ' ἐκ τοῦ ἴσου ἀμυνόμενοι κινδυνεύειν καὶ κρατήσειν.* Hic locus, ut qui maxime, acumen excogitandi subiit, inprimisque verba *τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας — κρατήσειν* dubitationibus obnoxia fuerunt. Proxime vero ad sententiam scriptoris HERBSTIUM et CLASSENIUM pervenisse existimo nova quadam explanatione, quæ, *recte* exposita, omnibus numeris satisfaciat. Spreta est autem hæc explicatio a STAHLIO, et præsertim, *opinor*, quod argumentatio illorum *non ratione et via* procedat. Quamobrem, quid sit erroris in ea, ostendere conabor. Quod HERBSTIUS et CLASS. proponunt, verba *τῶν μὲν στέρεσθαι — κρατήσειν ex mente Atheniensium* profecta cogitantes, de eo mihi *non dubitandum* esse videtur. Namque patet, Lacedæmoniis, etiamsi viros suos recuperare quam vehementissime optaverint, tamen, si inter illa duo *eligi* potuerit, aut *viros* recuperare

aut *victoriam* reportare (*ἀντίπαλα — ἐκ τοῦ ἴσου — κρατήσειν*), ne in mentem quidem venire debuisse aut potuisse *viros* victoriæ *anteponere;* i. e., *si ipsis Lacedæmoniis* persuasum fuisset, se (*ἐπὶ μεῖζον χωρ. καὶ ἀντ. καταστ.*) *ἐκ τοῦ ἴσου ἀμυνόμενοι — κρατήσειν,* hoc *non modo non impellere* eos ad indutias et pacem, sed *deterrere* oportuit (ut etiam POPPO vidit). Quæ quum ita sint, *necesse* est hæc *ex metu Atheniensium* eruere. Sed hæc cogitatio Atheniensium *non* a *τοὺς γὰρ δή* incipit, ut volunt HERBSTIUS et CL.;ad quod consequendum particulam *γάρ*, qua transitus ad hoc enuntiatum munitur, sic illustrarunt: «*und mit dieser Furcht, welche die Lakedämonier bei den Athenern voraussetzten, hatte es allerdings seine Richtigkeit; denn u. s. w.)*»; quod quidem STAHLIO absurdum («*unnatürlich*») dicenti ego prorsus assentior. Sed, quum hæc ex quadam parte, nisi superiora sint satis percepta, suam ipsorum lucem accipere non possint, quæ *propria* sit vis verborum *νομίσαντες Ἀθην. — — — σπονδὰς ποιήσασθαι,* inspiciamus. Quod facillimum fore arbitror CLASSENII argumentatione examinanda et, quoad potero, corrigenda. Disserit ille in ann. crit.: »*Der Abschluss des Waffenstillstandes ist von Seiten der Lakk. ausdrücklich nur durch ihre Beurtheilung der bei den Athéniensern herrschenden Befürchtungen und Wünsche motivirt.*» Quod etiamsi strictim percurrenti videatur, tamen penitus nobis anquirentibus *aliter*, opinor, esse apparebit. *Primum* enim omnino difficile sit exemplum proferre aliquod ejusmodi civitatis, quæ, bellum cum alia gerens, *adversariæ* tantum *timoribus et optatis* ad indutias commoveatur. *Deinde* autem, id quod maximi est momenti, etiam hic *una* dumtaxat causa a *Lacedæmoniorum* quoque parte nominata est, qua *sua sponte* eos indutias cupisse ante oculos sit. Legentibus enim nobis: *ἡγούμενοι Λακεδ., τοὺς Ἀθηναίους — ἐπιθυμήσειν — τοὺς ἄνδρας σφίσιν ἀποδόντας σπονδὰς ποιήσασθαι, non dubium* est, quin verbis *τοὺς ἄνδρας ἀποδόντας spes ac voluntas ipsorum Lacedæmoniorum* exprimatur? In verbis autem

ἡγούμενοι, τοὺς Ἀθηναίους ἅπερ ἔδεισαν φοβεῖσθαι, si *hæc* per *se* cogitentur, *nulla* potest insidere *vera* ratio, qua Lacedæmonii ad indutias impellantur. Sententia igitur totius verborum comprehensionis intelligenda est æque ac si scriptum esset: *ἡγούμενοι Λακεδ., τοὺς Ἀθηναίους* — 1) »*φοβουμένους*» — *καὶ* 2) »*πειρασαμένους*» (*ἀναχωχ. κ.τ.λ.*) — *ἐπιθυμήσειν* — *τοὺς ἄνδρας σφίσιν ἀποδόντας σπονδὰς ποιήσασθαι*. Unde efficitur: 1) in verbo *ἡγούμενοι* (saltem ubi cum *τ. Ἀθην. ἐπιθυμ.* conjungitur) quandam *spei* notionem ponendam esse (= *ἐλπίζοντες*; nam *volebant* ipsi Lacedæm., *τοὺς Ἀθην. ἐπιθυμ.*); i. e. verbum *ἡγούμενοι* continet *plus* quam tantum »*Beurtheilung*» (Cl.); 2) *non* in *φοβεῖσθαι καὶ ἐπιθυμήσειν* (*ξυναλλ.*) *τοὺς Ἀθην.* causam inesse posse, cur Lacedæm. indutias optaverint, sed in *eo*, quod ex *φοβεῖσθαι καὶ ἐπιθυμ. effectum iri* speraverint, i. e. in »*τοὺς ἄνδρας σφίσιν ἀποδόντας*». (Ergo: *non* in »*ihrer Beurtheilung der bei den Athen. herrschenden Befürchtungen und Wünsche*», sed in »*dem aus diesen Bef. und W. zu erwartenden Resultat.*») — Jam vero verba *ταῦτα ἅπερ ἔδεισαν* quorsus spectare credamus? Class.: »*diese Besorgnisse der Athener — erhalten ihre Erläuterungen in dem folgenden Satze: τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας κ.τ.λ.*»; in quo ex quadam parte *lapsi sunt* Herbstius et Cl. Concinnitatem enim nobis totius ambitus considerantibus, ubi *νομ. Ἀθην. μὲν* 1) *οὐκ ἂν ἔτι τὸν Βρασίδαν σφῶν προσαποστῆσαι οὐδέν, πρὶν κ.τ.λ.* 2) *καὶ ξυμβῆναι* — et — *ἡγούμ. Λακεδ.* 1) *ταῦτα τοὺς Ἀθην, ἅπερ ἔδεισαν, φοβεῖσθαι* 2) *καὶ — σπονδὰς ποιήσασθαι* aperte inter se respondent, in promptu est, verba *ταῦτα, ἅπ. ἔδ., φοβ.* ad illa ipsa *τὸν Βρ. προσαποστ.* respicere. Quod ad *τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας* attinet, cum præcedentibus verbis ita connectenda sunt: *ἡγούμ. Λακεδ., τοὺς Ἀθην. — τοὺς ἄνδρας σφίσιν ἀποδόντας* —· *τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας κ.τ.λ.* = namque *id ipsum* (viros recuperare) etc.; ex quo perspicuum est, verba *τοὺς γὰρ — εὐτύχει non* ex mente Atheniensium expromenda esse, sed *ab ipso* Thucydide animadversa. Ergo, quæ cogi-

tant Athen. a *καὶ ἔμελλον* incipiunt. Hinc demum »*Erläut*«. Restant verba *ὡς ἔτι Βρασίδας εὐτύχει*, de quibus multum disputatum est. Aptissime vero ab HERBSTIO et CLASSENIO redduntur: »*so wie noch das Glück des Br. stand*«; quæ versio quod a CLASSENIO in ed. sec. *remissa* sit, ægre fero. Opportuna enim sententia hæc est: dum *mediocris* erat fortuna Brasidæ, *viros* recuperare quam (incerta spe adducti) *longius eum progredi* sinere malebant. Quod nexu totius loci inspecto confirmatur: *ἡγούμ. Λακεδ., τοὺς Ἀθην. — τοὺς ἄνδρας σφίσιν ἀποδόντας —. (τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας περὶ πλείονος — ὡς ἔτι Βρ. εὐτ.)· καὶ* [sc. hanc occasionem pacem facile acquirendi *Athenienses* sibi non negligendam esse putarunt; i. e. *cavendum esse* iis videbatur, ne Brasidas (magis, quam *ἔτι, εὐτυχοίη* =) *ἐπὶ μεῖζον χωρήσειε καὶ ἀντίπαλα κατασταίη*] *ἔμελλον* (*γὰρ Λακεδ.*), *ἐπὶ μ. χωρήσαντος αὐτοῦ κ.τ.λ.* Hoc modo *καὶ ἔμελλον* intelligenda esse arbitror. Cetera CLASSENIO concedo. [Fuit, quum mallem: *περὶ πλείονος τοὺς ἄνδρας* (*ἢ ἐπὶ μεῖζον χωρήσειν αὐτόν* =) et *contenti* esse iis, quæ ad id tempus Bras. obtinuisset — *ἢ* — (*ὡς ἔμελλον, ἐπὶ μ. χωρ. κ. ἀντ. κατασ.*) *τῶν μὲν στέρ., τοῖς δὲ κ.τ.λ.*, i. e.: potius *viros recuperare* et *contenti* esse etc. — quam — *viros amittere* et *incertam spem victoriæ* (*κινδ. κρ.*) habere; ita omnia ex animis Lacedæmoniorum proficiscerentur. Tum vero: 1) pæne necesse erat scribere: *κινδυνεύειν* »*εἰ*« *καὶ κρατήσειν* (ut MADV.) vel aliud simile; sed 2), cur *κίνδυνος magis* ad Lacedæmonios (*ἐκ τοῦ ἴσου ἀμυνομένους*) quam ad Athenienses pertineret, nullo modo intelligeretur.]

V, 1. — *ὡς ἀνελόντες τὰς ζήμας τῶν τεθνεώτων ὀρθῶς ἐνόμισαν ποιῆσαι.* Ad hunc locum animadvertit MADVIGIUS, verbum *ποιῆσαι præteriti* habere significationem (*Advv. p. 162*); quod tamen quum CLASS. *reprehendat*, non abhorreat forsitan ab utilitate argumentationem ejus accuratius intueri. Disserit (in *præfatione* editionis secundæ): »*hätte Thuc. diese* (præt. signif.) *beabsichtigt, so hätte er*

πεποιηκέναι *geschrieben.*» Conf. tamen MADV. »*Gr. Ordf.*» *p. 170,* ubi docet, *Aoristum Infinitivi,* e verbis *dicendi* et *sentiendi* pendentem, *præteritum* significare, subjuncto exemplo: οἱ Καμαριναῖοι ὕποπτοι τοῖς Συρακοσίοις ἦσαν (= οἱ Συρακόσιοι τοὺς Καμαριναίους ἐνόμισαν) μὴ προθύμως σφίσι μηδ' ἐπὶ τὴν πρώτην μάχην »πέμψαι» (non πεπομφέναι), ἃ ἔπεμψαν. Quin hic πέμψαι »misisse» notet, dubitari non potest. Item KUEHNERUS: *Ausf. Gramm. II, 1, p. 160,* exemplo addito: ἐλέγετο Κύρῳ δοῦναι (= dedisse) πολλὰ χρήματα. Cf. etiam apud *Thuc. V, 7, 5* ὥστε καὶ μηχανὰς ὅτι οὐ κατῆλθεν ἔχων ἁμαρτεῖν ἐδόκει; qui locus constructione ad similitudinem nostri retractus sic commutetur: (ὥστε καὶ) κατελθὼν (οὐκ ἔχων μηχανὰς) ἁμαρτεῖν ἐδόκει· vel propius (quum ἁμαρτεῖν idem sit atque: κακῶς ποιῆσαι, et ἐδόκει = ἐνόμισε): — — κατελθὼν — — κακῶς ποιῆσαι ἐνόμισε. Hic igitur e sententia CLASSENII scribendum erat: ἡμαρτηκέναι? Denique, ut exemplum illud attingam, quo nisus CLASS. jus sibi duxit esse in ποιῆσαι *futuri* notionem includendi, hoc sane *parum* securitatis exhibet: II, 3, 2. ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατῆσαι. (Ponentibus enim nobis hanc rectam esse scripturam pro ῥᾳδίως ἄν, ut vult MADV.) statim ante oculos est, partic. ἐπιθέμενοι tempore *præcedens* esse infinitivo κρατῆσαι; nostro autem loco ἀνελόντες et ποιῆσαι, *sive* hoc »præteritum» *sive* »futurum» indicat, aperte *ejusdem* temporis sunt, ut æque bene scribi potuerit: ὀρθῶς [ἐνόμισαν (ἄν)] ἀνελεῖν τὰς θήκας. Cf. KUEHN. *II, 2, p. 620:* εὖ γ' ἐποίησας ἀναμνήσας με. Jam vero CLASS.: »*in beiden Fällen ist der Grund dieser Erwartung durch die voraufgehenden Partt. Aor., dort* ἀνελόντες τὰς θήκας, *hier* ἐπιθέμενοι *ausgedrückt.*» Perverse. Partic. enim ἐπιθέμενοι *non* causam expectationis (»*den Grund der Erwartung*»), sed *conditionalem* significationem continet (= εἰ ἐπιθεῖντο); *causa* autem, qua *sperabant* (= »*der Grund der Erw.*»), se victuros esse, verbis οὐ πολλοὺς τοὺς Θηβαίους ὄντας exprimitur. [Observandum est, ἐπιθέμενοι (= εἰ ἐπιθ.) causam τοῦ κρατῆσαι comprehen-

dere, e formula: »*Grund und Folge*»; *non* profecto causam *τοῦ νομίσαι (Erw.)*.] Atque etiam *nostrum* locum confudit CLASS. Sed primum Thucydidis verba ea, quæ proxime antecedunt, laudemus: *ἡγησάμενοι ἅμα ἐλλιπὲς σφίσιν εἶναι τοῦτο τῆς καθάρσεως, ἢ πρότερόν μοι δεδήλωται (ὡς ἀνελόντες τὰς θήκας τῶν τεθνεώτων ὀρθῶς ἐνόμισαν ποιῆσαι)*. Considerantibus jam nobis, quæ notiones sint vocum *ἐλλιπές* et *ὀρθῶς*, ex eo modo, quo inter se opponuntur, apparet, Athenienses *tum* (= *ἐν αὐτῇ τῇ καθάρσει*) *recte* (*ὀρθῶς*) se facere duxisse, *nunc* autem *τὴν καθάρσιν* putare *non perfectam* fuisse; sequitur, ut *ἐλλιπές* prorsus idem valeat atque *οὐκ ὀρθῶς*, vel *ὀρθῶς = οὐκ ἐλλιπές = satis;* retento hoc vertamus: putarunt se *satis* facere *auferendis sepulcris;* dissolvamus: *cur τὴν καθάρσιν* fecerunt? Quia Apollo jusserat. Cur sepulcra abstulerunt? Quod eo se crediderunt *τὴν καθάρσιν* facere. Cur *nihil aliud* quam sepulcra abstulerunt? Quod id *satis* esse existimarunt. Ergo: in verbis »*satis* esse *existimarunt*» causa inest, *cur* tantum *sepulcra abstulerint;* græce: in *ὀρθῶς ἐνόμισαν ποιῆσαι* causa residet verborum *ἀνελόντες τὰς θήκας;* quod prorsus *contrarium* est CLASSENIO, qui in *ἀνελ. τ. θήκ.* causam intrudit verborum *ὀρθῶς ἐνόμ. ποι.* (»*der Grund der Erwartung gut zu thun durch ἀνελόντες ausgedrückt.*») Denique: qui erat »*der Grund der Erw.*, vel aliter: *cur satis* se facere putarunt? *Quod satis* se facere putarunt. Aliud respondeat quicunque potest. (Apollo enim eos tantum *facere τὴν καθάρσιν* jusserat, non *quo modo* facerent.) — Verba »*durch Entfernung der Todtenkisten*» (CL.) (non »*den Grund der Erwartung*», sed) *modum agendi* exprimunt. [Nec vero (sicut in altero exemplo inter *ἐπιθέμενοι* et *κρατῆσαι*) hic inter *ἀνελόντες* et *ποιῆσαι* quædam *causæ relatio* (»*Grund und Folge*») intercedit, quoniam *ejusdem* temporis sunt, et *ἀνελ. id* ipsum notat, quod verbo *ποιῆσαι* continetur.] — In promptu est jam, CLASSENIUM, quod voluit (*ποιῆσαι futurum* signif.), *non demonstrasse.* Quid tandem de hoc sentiamus? Difficile dijudicatu. Sed ipsa structura (*ἀνελ. ante ἐνόμισαν* posito)

multo *probabilius* est, *ποιῆσαι* signif. *præteritum*. Tum vero apertum est, *tres* gradus *temporis* respici: *primum ἀνεῖλον τὰς θήκας; deinde ἐνόμισαν* (se *ὀρθῶς fecisse); denique ἡγησάμενοι* (se *οὐκ ὀρθῶς* = *ἐλλιπές* fecisse). [Cf. MADV. *Gr. Ordf.* ed. 2, p. 170: »*Efter Præteritum af et sligt Verbum* (*ἐνόμισαν*) *faar altsaa Aorist* (*ποιῆσαι* = *ἀνελόντες*) *Betydningen af en* »*fjernere*» *forbigangen Tid.*»] In mea CLASSENIO opposita argumentatione locutione »satis *se facere* putarunt» usus sum, et optimo quidem jure; nam hoc dumtaxat certum est, Athenienses *ἐν αὐτῇ τῇ καθάρσει recte se facere* credidisse; quod non impedit, quin et *ante τὴν καθάρσιν* »recte se *facturos esse*» putaverint (ut vult CL.) et *statim post τὴν καθάρσιν* »recte se *fecisse*» (ut MADV.).

V, 9, 3. *τοὺς γὰρ ἐναντίους εἰκάζω καταφρονήσει τε ἡμῶν καὶ οὐκ ἂν ἐλπίσαντας ὡς ἂν ἐπεξέλθοι τις αὐτοῖς ἐς μάχην ἀναβῆναί τε πρὸς τὸ χωρίον καὶ νῦν ἀτάκτως κατὰ θέαν τετραμμένους ὀλιγωρεῖν.* Verba *καὶ οὐκ ἂν ἐλπίσαντας* interpr. CLASS. »*und nicht weil sie etwa die Erwartung gefasst.*» Si dixisset: »*und weil sie nicht u. s. w.*» propius ad veritatem accessisset. Ex ejus enim versione apparet, eum verba *οὐκ ἂν ἐλπ. opposita* putare esse voci *καταφρονήσει*; unde sententia fieret: »hostes contemptu, *non exspectatione* impetus etc.» Sed particula *τέ* post *καταφρονήσει* posita demonstrat, notiones *καταφρ.* et *οὐκ ἐλπ. copulatas*, (non contrarias) esse. Quod etiam posteriore *τέ* infinitivo *ἀναβῆναι* subjecta confirmatur. Hac enim est manifestum, verba *ἀναβῆναι* et *ὀλιγωρεῖν* ex eadem notione pendere. Si *recte* igitur vertisset CLASS., uterque infinitivus sine molestia ad *καταφρονήσει* referri poterat; quo vero modo dicamus: *τοὺς Ἀθηναίους ὀλιγωρεῖν*, »*nicht weil sie einen Angriff erwarten*»? Commode autem: *weil sie nicht u. s. w.*

VI, 77, extr. *καὶ οἰόμεθα τοῦ ἄποθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου, οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν, πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα καθ' αὑτὸν δυστυχεῖν;* Apte

interpretatur CLASS.: »*und dass wer vor ihm zu Schaden kommt, für sich allein ins Unglück geräth*». Quam vulgarem versionem MADVIGIUS, verborum collocatione offensus, repudiat, ita dicens (*Advv.* I, pag. 327): »scripserat Thucydides: *πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα »ἢ» καθ' αὑτὸν δυστυχεῖν.*» Ad quæ CLASS.: »*Madvig nimmt mit Unrecht an der Wortstellung Anstoss.*» Probe. Itemque STAHLIUS (*ed. ster.* II, adn. crit. p. XVII): »præter necessitatem Madv. *ἢ καθ' αὑτόν*». Effugisse autem videtur et CL. et ST., interposita particula *ἤ* sententiam prorsus perturbari. Ac primum observandum, post totum verborum circuitum interpungendum esse »signo interrogandi»(;); quod CL., ST., POPPO fecerunt, omiserunt autem KRUEGERUS et MADV. Hoc enim, necessario tota sententiarum cohærentia desideratum, priore quoque periodo »*ἢ μένομεν — κακουργεῖν;*» confirmatur. Dicens igitur Hermocrates: *οἰόμεθα,* prorsus idem vult atque: *πῶς δύνασθε οἴεσθαι;* vel *οὐ δεῖ οἴεσθαι·* vel *ἀπεικότως οἰόμεθα.* Jam vero perspicuum est, utrumque enuntiatum, *et οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν et πρὸ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν π. — δυστ.,* ex verbo *οἰόμεθα* pendere. Dissolvamus igitur sic: *οἰόμεθα (perverse), οὐκ ἐς αὐτόν κ.τ.λ.,* et *οἰόμεθα (perverse), πρὸ αὐτοῦ μ. — καθ' αὑτὸν δυστ.·* h. e. *perverse* credimus, *non ad nos ipsos* venturam esse calamitatem, *sed* eum, qui ante nos patiatur, *per se et solum* miserum esse. Ex quo apparet, *utramque* sententiam, *prorsus idem* significantem (priorem »negative», quod dicitur, expressam, posteriorem »positive»), *id ipsum* notare, quod Hermocrates *vituperet.* Hoc tenentes, quid ex MADVIGII proposito efficiatur, inquiramus. Vertit MADV. (sicut in *ejus* sententia *vertendum est):* »eumque, qui (nunc) patiatur, *magis ante* ipsum (*τινά* illum, cujus error significatur) *quam per se et solum* miserum esse. (Ipse enim mox comes miseriæ erit.)» Sed *hoc ipsum* Syracusani *non credebant.* Namque hæc MADVIGII versio græce contineretur verbis: *ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν* (= *ipse enim mox comes miseriæ erit);* quibus insertis ita habemus: *οἰόμεθα — οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν*

τὸ δεινόν, ἐς δὲ αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν, quod ferri non posse apertum est. — Vix est opus addere, si superiorum quorundam interpretum (Schol. sequentium) versionem præpos. πρό, ut idem valeat atque ὑπέρ = lat. *pro*, comprobemus, nullum esse impedimentum, quin MADVIGII propositum accipiamus; tum assequimur: (perverse) credimus — eum, qui (nunc) patiatur, magis *pro nobis* quam per se et solum miserum esse, (quod idem fere est atque: οὐκ ἐς αὐτόν τινα κ.τ.λ.). Sed recepit ipse MADV. »*ante*«.

VI, 89, 3. — — — ἐμοὶ δὲ ἀτιμίαν περιέθετε. καὶ διὰ ταῦτα δικαίως ὑπ' ἐμοῦ πρός τε τὰ Μαντινέων καὶ Ἀργείων τραπομένου καὶ ὅσα ἄλλα ἠναντιούμην ὑμῖν ἐβλάπτεσθε· καὶ νῦν, εἴ τις καὶ τότε ἐν τῷ πάσχειν οὐκ εἰκότως ὠργίζετό μοι, μετὰ τοῦ ἀληθοῦς σκοπῶν ἀναπεισθέσθω. *Temere* CLASSENIUS hic vulgatam lectionem mutavit, pro εἰκότως inserendo ἀπεικότως. Prius autem quam argumentationem ejus examinemus, quid significent hæc οὐκ ἀπεικότως, statuendum est. BÉTANT: ἀπεικότως = »*immerito*»; *nimis arctis* terminis circumscriptum. SCHNEIDERUS: »*unrecht*»; »*unwahrscheinlich*»; etiam hic *defectio*. PASSOVIUS addidit: »*unbegreiflich*»; probe. Quattuor illos locos Thucydidios, ubi reperitur, inquiramus. I, 73, 1 legati Atheniensium Lacedæmone refutare conantes ea, quæ modo apud Lacedæmonios Corinthii dixerunt, inter alia ita loquuntur: οὔτε ἀπεικότως ἔχομεν ἃ κεκτήμεθα· ubi certe »jure» (»*mit vollem Recht*») reddi potest; non minus tamen: »quod facile declaratu est» (»*sehr begreiflich*.») (Hæ locutiones germanicæ CLASSENII sunt.) Quod autem CLASS. in commentariis hujus loci contendit: »ἀπεικότως *überall mit der Negation und in der Litotes s. v. a.* δικαιότατα», *falsum* esse mox cognoscemus. II, 8, 1 Thuc., quæ consilia cogitationesque in Atheniensibus et Lacedæmoniis ante inceptum bellum fuerint, describens, hæc dicit: ὀλίγον τε ἐπενόουν οὐδὲν ἀμφότεροι, ἀλλ' ἔρρωντο ἐς τὸν πόλεμον »οὐκ ἀπεικότως»· ἀρχόμενοι γὰρ πάντες ὀξύτερον ἀντιλαμβάνονται, τότε

δὲ καὶ νεότης πολλὴ μὲν οὖσα — — — οὐκ ἀκουσίως ὑπὸ ἀπειρίας ἥπτετο τοῦ πολέμου. Hic CLASS. recte: »sehr begreiflich». At vero hinc auctoritatem desumens ad correctionem nostri loci stabiliendam a vera intelligendi ratione longissime abest. Quis enim dubitet, quin hic οὐκ ἀπεικότως nullo modo notionem »mit vollem Recht» contineant? Thuc. enim elationem animorum *declarare* facile se putat posse: ἀρχόμενοι γὰρ πάντες ὀξύτεροι — — ὑπὸ ἀπειρίας; vel germ.: *er findet es* »sehr begreiflich», *dass sie* »im Anfang» *und grösstenheils* »aus fehlender Erfahrung» *solche Zuversicht gehabt.* Sed additis his: ἀρχόμενοι et ἀπειρίας aperte se demonstrat Thuc. illam confidentiam »*nicht mit vollem Recht*» exstitisse ducere. VI, 55, 2 ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ πρῶτος γέγραπται (ὁ Ἱππίας) μετὰ τὸν πατέρα, »οὐδὲ» τοῦτο »ἀπεικότως» (codd. ἀπεικοτώτως) διὰ τὸ πρεσβεύειν τε ἀπ' αὐτοῦ καὶ τυραννεῦσαι. Hic potius »*sehr begreiflich*» quam »*mit vollem Recht*». VIII, 68, 4 Thuc. de constituendo Athenis »consilio quadringentorum» scribit: ὥστε ἀπ' ἀνδρῶν πολλῶν καὶ ξυνετῶν πραχθὲν τὸ ἔργον «οὐκ ἀπεικότως», καίπερ μέγα ὄν, προυχώρησεν; ubi necesse est »*sehr begreiflich*» interpretemur, prorsus aspernati »*mit vollem Recht*» (δικαιότατα). Complexi jam quæ ex supra dictis efficiuntur, hanc normam universam habemus: *semper* locutio οὐκ ἀπεικότως significare potest »*sehr begreiflich*», *non semper* »*mit vollem Recht*» (apud Thuc. *semel*); germ.: *Alles, was* »*mit vollem Recht*» *geschieht, ist auch* »*sehr begreiflich*»; *nicht Alles, was* »*sehr begreiflich*» *ist, ist auch* »*mit vollem Recht*» *gethan.* Idem in simplici εἰκότως observemus. Cf. I, 77, 5, ubi Athenienses de sociis suis dicunt: ἡ δὲ ἡμετέρα ἀρχὴ χαλεπὴ δοκεῖ εἶναι »εἰκότως». Absurdissimum esset hic credere, Athen. ipsos confiteri, »jure» (»*mit vollem Recht*») imperium suum sociis grave videri; nihil autem obstat, quin versione »*sehr begreiflich*» utamur. Aliter alibi. — Sed ad nostrum. In ann. crit. CLASS. disputat: »*Der Gewicht der Periode beruht auf dem Gegensatz zwischen* ἐν τῷ πάσχειν *und* μετὰ τοῦ ἀληθοῦς σκοπῶν — — — —;

unmöglich konnte er sagen: dass sie nicht mit genügendem Grunde (οὐκ εἰκότως) gegen ihn erzürnt gewesen.» Quod tamen re vera *dixit*. Hæc *oppositio*, quam CLASS. inter *ἐν τῷ πάσχειν* et *μετὰ τοῦ ἀλ. σκ.* interesse putat, prorsus *nulla* est. Quod si quid priori notioni opponeretur, certe esset: *ἐν τῷ μὴ πάσχειν*. Namque *ἐν τῷ π.* sine molestia cum *μετὰ τ. ἀλ. σκ. conjungi* poterat; quamobrem Lacedæmonii jam *τότε ἐν τῷ π.*, si *recte* sensissent (obs., me semper in hac argumentatione ab *Alcibiadis* opinione proficisci), *μετὰ τοῦ ἀληθοῦς ἂν ἠδυνήθησαν σκοπεῖσθαι·* quod ipsum quum *non* fecissent, ei irati fuerant. Unde patet, *aliud* quiddam esse verbis *μετὰ τ. ἀλ. σκ. oppositum*; quid sit, mox videbimus. Persequitur CLASS.: *»er (Alkib.) sagt im Gegentheil: so lange der Eindruck des erlittenen Schadens frisch war, musstet ihr gegen mich »mit vollem Recht» aufgebracht sein.»* Ex quo concludendum est: si *τότε ἐν τῷ π.* »jure» *(»mit vollem Recht»)* succenseretis, *nihil* profecto est, *cur non* etiam *nunc (τῇ μνήμῃ τοῦ παθεῖν)* item faciatis. Quod enim *semel* notionem *»mit vollem Recht»* comprehendit, *numquam* progresso tempore hanc *»juris»* naturam perdet. Usurpata autem altera *leniore* significatione *»sehr begreiflich»* minus impedimenti est: si *τότε ἐν τῷ π. consentaneum* esset, vos mihi irasci, *æque consentaneum* etiam *nunc* est, vos item facere, scil. *nisi* quid *accedat*, quo, cur tum *»sehr begreiflich»* fuerit, nunc *non* sit, monstretur. Hoc re vera *accedit* in *posteriore* membro verbis *μετὰ τοῦ ἀλ. σκ.*; ubi autem in priore? *Non* quidem verbis *ἐν τῷ πάσχειν*, quibus facile, ut supra dixi, cogitatione in altero *τῇ μνήμῃ τοῦ παθεῖν* respondere possunt. Necesse est igitur, *vere oppositum* sit verbis *μετὰ τοῦ ἀλ. σκ.*; atqui hoc *non aliud* potest esse quam *»οὐ» μετὰ τοῦ ἀλ. σκ.*; quæ quum non sint scripta, intelligenda sunt. (Ergo: *»οὐ» μετὰ τ. ἀλ. σκ. — ὠργίζετο, — — — μετὰ τ. ἀλ. σκ. — ἀναπείθεσθω (= μὴ ὀργιζέσθω)*. Jam vero CLASS.: *»was bedarf es eines ἀναπείθεσθαι, wenn schon vorausgesetzt wird, dass sie »nicht» εἰκότως (mit vernunftigen Grunden) ihm zürnten?»*

Confuse. Quamquam enim *Alcibiades* illos censet »*οὐκ εἰκότως*« sibi iratos fuisse, *ipsos*, clarum est, credidisse, se id »*εἰκότως*« facere. Quæ ipsa eorum opinio quam *falsa* fuerit, Alcib. nunc demonstrare conatur (*ἀναπείθειν*). Quare, si esset scriptum *οὐκ ἀπεικότως* (= »*mit vollem Recht*«) tum CL. jure rogaret, »*was es eines ἀναπείθεσθαι bedürfe*;« tum enim hoc *ἀναπείθεσθαι* omnino *fieri non potuit*. — Denique CLASS.: »*unmöglich verträgt sich auch mit diesem οὐκ εἰκότως die in εἴ τις καὶ τότε deutlich ausgedrückte Concession an eine damals vorhandene Berechtigung zum Unwillen.*« Perverse. Nam verbis *εἴ τις καὶ τότε* prorsus *nihil* est cum *οὐκ εἰκότως*, sed solum cum *ὠργίζετό μοι*. — Priusquam progredimur, quid notet *ἀναπείθεσθαι*, exquirendum est. CLASS. interpr.: »*werdet ihr euch schon eines Bessern belehren lassen*«. Non neganti mihi hæc recta esse tamen præcipue ad eam permutationem, quam Alcib. in animis Lacedæmoniorum inde *ab hoc* tempore *in futurum* efficere velit, referri videntur. Hæc autem *conversio* quo pacto existere poterat, nisi prius Lacedæmoniis persuasum esset, se »*τότε*« *errasse?* (Nam »*etwas Bessers lernen*« semper conjunctum est cum abjectione »*einer vorigen* »*Unrichtigkeit*« *der Meinung*«.) Ergo in *ἀναπείθεσθαι*, si non sola, at certe simul cum priore (CLASSENII) significatione (*etw. Bess. lern.*) *insideat oportet* hæc: *aliquem sibi pati persuaderi*, se antea (opinione) *errasse*. Hac igitur retenta ex verbis CLASSENII efficitur: *τότε ἐν τῷ π.* »jure« (»*mit vollem Recht*«) mihi succensebatis; *nunc* tamen vobis persuaderi patiamini, vos — *τότε errasse;* apertius: *τότε* »*jure*« — — —, *nunc* tamen vobis persuad. — — —, vos *τότε* »*non jure*« etc. Satis. — Effugit CLASSENIUM etiam *τίς*. Per totam argumentationem pronomine »*ihr*« utitur. Aequo vel potius meliore jure dicamus: »*aliquis*« vel »*quidam*«. Quod ipsum per sese aliquid præbet testimonii, Alcibiadem credere aut saltem *simulare* se credere, *pleroque* Lacedæmoniorum sibi *τότε non* succensuisse (quippe qui *μετὰ τοῦ ἀλ. ἐσχ.*); si fuerint autem, qui (= *εἴ τις καὶ τότε*, hic CLASS. »*die Con-*

cession» commemorare debuit) irati essent, nunc persuasum vult, illos *οὐκ εἰκότως* (»*nicht mit vollem Recht*») ita fuisse. (Etiamsi in *τίς* notionem »*vos*» injiciamus, idem fere concluditur: etsi *τότε ἐν τ. π.* succenseretis, *nunc* tamen vobis persuadeatur, vos »*οὐκ εἰκότως*» *τότε* succensuisse, sicut nunc *μετὰ τοῦ ἀλ. σκ.* intelligere potestis; proinde *deponite* »*injustam*» *iram* (*ἀναπεισθέσθω*). *Restant* jam *duo*, quæ per se ipsa totam CLASSENII disputationem *evertere* possint: 1) verba præcedentia Alcibiadis: *διὰ ταῦτα* »*δικαίως*» (= *jure* = »*mit vollem Recht*») *ὑπ' ἐμοῦ — — — ἐβλάπτεσθε.* Quid igitur? *Quæ constantia* fuisset illa, si *ipse* confessus esset, Lacedæmonios »*mit vollem Recht*» *succensuisse* propter eadem, quæ se *ipse* »*mit vollem Recht*» *fecisse* existimabat? 2) *Neglexit* CLASS. verba sequentia: *ἢ εἴ τις, διότι καὶ τῷ δήμῳ προσεπείμην μᾶλλον, χείρω με ἐνόμιζε,* »*μηδ' οὕτως*» *ἠγήσηται ὀρθῶς ἄχθεσθαι,* quibus sententia demonstratur esse: *εἴ τις, (ἐν τῷ πάσχειν =) διότι ἔπασχεν, ὠργίζετό μοι,* »*οὐκ εἰκότως*» *ἐποίει* (*ὡς νῦν, μετὰ τοῦ ἀλ. σκ., ἐννοεῖν δύναται*)· *ἢ εἴ τις, διότι τῷ δήμῳ — —, μηδ' οὕτως — ὀρθῶς ἄχθεσθαι.* Erravit igitur CL. in 1) *ἀπεικότως*, 2) in *τίς*, 3) in *ἀναπείθεσθαι*, 4) negligendo prægresso *δικαίως*, 5) omittendis sequentibus *μηδ' οὕτως ὀρθῶς.*

VII, 48, extr. *τρίβειν οὖν ἔφη χρῆναι — καὶ μὴ χρήμασιν, ὡς πολὺ κρείσσους εἰσί, νικηθέντας ἀπιέναι.* Hujus loci et *scripturam* et *interpunctionem* et *enarrationem* commentatores variaverunt. Iis autem, qui ante *χρήμασιν* interpungunt, recte objicit POPPO (in ed. maj.): «displicet, si virgulam ante nomen *χρήμ.* posueris, nudum *νικηθέντας*;» immo vero ita ineptum et frigidum hoc *νικ.* esset. CLASS. autem ipsam vocem *χρήμασιν delendam esse* putat, *ultra* sane, quam debebat, procedens. Reddit: «*und nicht nach einer verlornen Schlacht abziehn, da sie in der That ja viel besser daran wären als jene.*» Quæ quidem (imprimis

vocabulum «viel»), mihi collocationem πολὺ χρείσσους — νικηθέντας consideranti jam per se ipsa suspecta, *a rei* quoque veritate *abhorrent*. Nam hæc «πολὺ χρείσσους», memoria nobis tenentibus *multiplices* Atheniensium *clades*, per se ipsa movent *dubitationem*, num id sibi Thuc. voluerit, Athenienses *multo meliore* tunc condicione (*universe* accepta) quam Syracusanos fuisse; et accurate mihi, quid dixerit Nicias, persequenti non est dubium, quin hæc verba tantum «*ad pecuniam*» referantur. Supra enim (§ 5) legimus: τὰ Συρακοσίων ὅμως ἔτι ἥσσω τῶν σφετέρων εἶναι· ad quæ CLASS.: «*diese Behauptung hatte Nikias durch die Schwierigkeit begründet, welche die Syrakusier hätten, für ihre ausserordentlichen Rüstungen auf die Dauer die Geldmittel zu schaffen.*» Apte, dum modo dixisset «*nur*» *durch die Schwierigkeit;* nam *omnis* Niciæ argumentatio, quæ post τὰ Συρακ. — τῶν σφ. εἶναι sequitur, *tantum ad id* spectat, ut *talis* demonstretur difficultas. Quæ quum ita sint, CLASS., infra dicens: «ὡς πολὺ χρείσσους εἰσί das τὰ Συρακ. — εἶναι von der andern Seite ausgesprochen», recte e vera sententia loquitur, *non recte* verba πολὺ χρείσσους *etiam ad aliud* quiddam *præter pecuniam* revocat. Stabilire suum propositum ita conatur: «*Nikias hat die Ueberlegenheit der Athener nicht nur aus den grössern Geldmitteln, sondern auch aus der schlechten Heerverfassung der Syrakusier* (ἐπιχουρικὰ μᾶλλον ἢ δι' ἀνάγκης ὄντα) *hergeleitet*»; sed mirum fuisset profecto, si Nicias «*aus der schlechten Heerverfassung der Syrak*» consolationem quandam aut ipse duxisset aut comitibus præbere voluisset, quum *modo* Athenienses *ab ipsis illis Syracusanis* prorsus *devicti essent; non recte* CLASSENIUM puto verborum ἐπιχουρικὰ — ὄντα vim intellexisse; *neque enim* his ipsis *aliud* Nicias ostendit quam *difficultatem* Syrac. *satis pecuniæ* comparandi. Quo igitur spectans CLASS. post laudatam ad hæc verba Scholiastæ explicationem: μισθοφόρων. τοῖς Συρακοσίοις ὄντων καὶ οὐχὶ δι' ἀνάγκην στρατευομένων πολιτῶν ὥσπερ Ἀθηναίων, ipse potuerit adjun-

gere: «*δι' ἀν. ὄντα, d. h. auf gesetzlicher Verpflichtung und Ordnung beruhn wie das attische Heerwesen*», ego non percipio. E Scholiastæ enim, sicut ex ipsius Thucydidis, verbis eminet, *nullam comparationem* utriusque adversarii «*disciplinæ militaris*» per se intelligi, sed illud voluisse Thuc. dictum, *Syracusanis fuisse opus magna copia pecuniæ ad auxilia*, quibus omnes eorum res niterentur, *mercede* retinenda. Inspicientibus tamen nobis totum hunc locum *etiam aliæ* occurrunt causæ *duæ*, in quibus spem aliquam Nicias collocet: in § 2 enim legitur: *τὰ τῶν πολεμίων — ἐλπίδος τι ἔτι παρεῖχε πονηρότερα τῶν σφετέρων ἔσεσθαι —. χρημάτων γὰρ ἀπορίᾳ αὐτοὺς ἐκτρυχώσειν* (etiam hic *pecunia;* deinde autem) *ἄλλως τε καὶ ἐπὶ πλέον ἤδη ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶ θαλασσοκρατούντων·* et infra, cap. 49 initio: *Νικίας — αἰσθόμενος — 1) τὴν τῶν χρημάτων ἀπορίαν, 2) καὶ ὅτι ἦν αὐτόθι πολὺ τὸ βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις γίγνεσθαι τὰ πράγματα, — 3) καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσίν, ἢ πρότερον, ἐθάρσησε καὶ κρατηθείς·* hic *omnes* sunt compositæ; e 2) et 3) autem *non satis* poterat sumi fiduciæ, ut Nicias contenderet *τοὺς Ἀθηναίους πολὺ κρείσσους (omnino) εἶναι*, et *minime* quidem «*πολύ*». Respicientibus autem nobis ad § 1 cap. 48, ubi legimus: *ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε μὲν καὶ αὐτός, «πόνηρα» (obs!) σφῶν τὰ πράγματα εἶναι*, et deinde ad § 2: *τὰ τῶν πολεμίων ἐλπίδος τι ἔτι παρεῖχε «πονηρότερα» τῶν σφετέρων ἔσεσθαι*, hæc quidem prorsus *aliud* significant quam *τοὺς Ἀθηναίους «πολὺ κρείσσους» (omnino) εἶναι*. Sed satis esse puto prolatum ad demonstrandum, verba *πολὺ κρείσσους* ad «*pecuniam*» esse referenda, ob eamque causam vocem *χρήμασιν non expungendam* esse. Sententia enim est (ut verbis POPPONIS utar): (non oportere eos, dixit Nicias,) «*magnitudine pecuniæ impendendæ* sive *metu sumptuum superatos* abire.» Mihi dumtaxat prorsus persuasum est, *hanc* explicationem *unam* satis facere, de hac quidem causa: omnia, quæ hoc capite (48) loquitur Nicias, *ad refutationem* spectant *orationis Demosthenis*, priore (47) capite compre-

hensæ; atqui *peroravit Dem.* sic (*extr.* cap. 47): *οὐδ' ἂν ἄλλως «χρήματα» πολλὰ δαπανῶντας εἰκὸς εἶναι προσκαθῆσθαι.* Quis dubitet, quin loco *nostro* (quo *Nicias perorat*) verba *τρίβειν οὖν ἔφη χρῆναι καὶ μὴ χρήμασιν — νικηθέντας ἀπιέναι ad eversionem* dirigantur *illorum dictorum Demosthenis?* Quamobrem, quum CLASSENIUS dicat: «*χρήμασιν hat ein Glossator, der das πολὺ κρείσσους für übertrieben hielt, zur Beschränkung an den Rand geschrieben*», ego quidem illum glossatorem *neminem alium* quam *ipsum Thucydidem* fuisse suspicor. — *Nec tamen* lectio vulgata («*ὡς*» *πολὺ κρείσσους εἰσί*) *aptam* præbet sententiam. Concessa enim (ut *oportet*) verborum *χρήμασιν* et *νικηθέντας* conjunctione, *desideratur* (ut etiam POPPO annotat) omissum *τούτοις*; [ergo: *μὴ χρήμασι νικηθέντας, ὡς τούτοις* (= *χρήμασι*) *πολὺ κρείσσους εἰσί.*] Licet hoc *subaudiri* possit, tamen facile particula *ὡς* cum «*οἷς*» commutata omnia expediuntur (sicut proposuit CORAYUS recepitque MADVIGIUS). — Pro *ὡς* habet *Vaticanus ὧν*, cujus origo forsitan hoc modo investigari possit: *vulgaris* erat locutio «*χρημάτων κρείσσω εἶναι*» (= *incorruptum* esse; cf. II, 60, ubi *Pericles* se esse *χρημ. κρ.* dicit); *retracto* igitur animo et oculis ad supra (§ 4) scripta: — *βοήσεσθαι ὡς ὑπὸ χρημάτων καταπροδόντες οἱ στρατηγοὶ ἀπῆλθον, librarius* quidam *vim similem* nostro loco subjecit. In quod idem videtur incidisse DUKAS: *τὸ »χρήμασι νικηθέντας« καὶ* 1) *ἀντὶ τοῦ «μὴ εἴκειν τῶν χρημάτων τῇ ἀναλώσει», ὡς εὐπορωτέρους τῶν πολεμίων, δύνασθαι ἐκληφθῆναι, καὶ* 2) *ἀντὶ τοῦ «μὴ δοκεῖν χρήμασι νικηθέντας καταπροδοῦναι τὰ πράγματα»*, quorum *prius* quantum a POPPONIS supra laudata explicatione («metu sumptuum superatos») *distet*, ego *non video*, posterius autem saltem *excusationem* aliquam habere cognovimus. Quæ quum ita sint, POPPO, in hæc verba DUKÆ sic invehens: «de verbis *χρήμασιν νικηθ.* rursus *nugatur* DUKAS», *jus* suum videtur *excessisse.* BOEHMII constructionem: *μὴ, χρήμασιν ὧν πολὺ κρ. εἰσί, νικ. ἀπι.* [relato *ὧν* ad *homines* (Syracusanos)] et STAHLII:

καὶ μὴ, χρήμασιν ἕως π. κρ. εἰσί, νικ. ἀπ. (*nudato* in utraque partic. *νικᾷθ.*) *a probabilitate abesse* arbitror.

VII, L, 3. *καὶ ὡς αὐτοῖς οὐδὲ ὁ Νικίας ἔτι ὁμοίως ἠναντιοῦτο, ἀλλ' ἢ μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν ψηφίζεσθαι, προεῖπον ὡς ἠδύναντο ἀδηλότατα ἔκπλουν ἐκ τοῦ στρατοπέδου πᾶσι καὶ παρασκευάσασθαι ὅταν τις σημήνῃ. A vulgari* hujus loci interpretatione discedit CLASSENIUS ita, ut verba *ὡς ἠδύναντο ἀδηλότατα non* ad *προεῖπον*, sed ad *παρασκευάσασθαι* referat. Ad quod assequendum 1) *a sententia aberravit*, 2) *grammaticæ* præceptum *deseruit*, 3) *scripturam mutavit.* Primum enim, quæ opponit: «*während es dooh klar ist, dass es nicht darauf ankommt, dass der Befehl möglichst geheim ertheilt werde*», quemadmodum hæc, respectu habito proxime præcedentium verborum *μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν ψηφίζεσθαι* et paragraphi 1 capitis 48: *ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε — οὐδ' ἐμφανῶς σφᾶς ψηφιζομένους μετὰ πολλῶν τὴν ἀναχώρησιν τοῖς πολεμίοις καταγγέλτους γίγνεσθαι,* defendere possit, non intelligo. Nam posteriora quum CLASS. reddat: «*er wollte nicht, dass es den Feinden verrathen würde, wenn sie (Nik. und die andern Führer) in grösserer Versammlung offen für den Rückzug stimmten*», etiamsi fortasse, quæ vis propria inesset, perspexerit, *non* sane eam *dilucide expressit.* Contractum est enim enuntiatum, ut partic. *ψηφιζομένους*, specie appositionis, sententia *locum infinitivi* sustineat ita, ut *ἐμφανῶς — μετὰ πολλῶν id ipsum* notent, *unde «καταγγέλτους γίγνεσθαι» effici* possit; idem ergo atque: *οὐδ' (ἐβούλετο) ἐμφανῶς σφᾶς ψηφίζεσθαι —, ἵνα μὴ τοῖς πολεμ. κατάγγ. γένοιντο. Hoc* igitur ipsum *καταγγ. γίγν.* (*ὡς τὴν ἀναχ. ψηφ.*) *cavendum* erat; quod tamen *minus impediri* poterat, *si multi* ad consilium vocarentur; (nam, *si aperte* deabitu deliberarent, *facilius hostes*, quid agerent, *præsensuros esse*). Ob hanc ipsam causam *quam occultissime jussa distribuerunt;* (quod non prohibet, quin ipsi apparatus quoque quam diligentissime tecti sint; immo vero ita fieri ne-

cesse erat.) *Jam vero*, si CLASSENII explanatio veritatem redderet, *num* «ἠδύναντο» accipi poterat pro «δύναιντο»? *Sequitur* particula *καί* (ante *παρασκευ.* posita), quam sibi jus esse *excludendi* CLASS. putavit.

VII, 63, 3. — *οἱ τέως Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι καὶ μὴ ὄντες ὑμῶν τῆς τε φωνῆς τῇ ἐπιστήμῃ καὶ τῶν τρόπων τῇ μιμήσει ἐθαυμάζεσθε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὐχ ἧσσον κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι, ἢ τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ (μὴ) ἀδικεῖσθαι πολὺ πλεῖον μετεῖχετε.* *Neminem* recentiorum *veram* hujus loci sententiam intellexisse arbitror, et propagatum quidem vitium esse *inde a Scholiasta*, qui *perverse* interpretatur; «ἔν τε τῷ μὴ ἀδικεῖσθαι αὐτοί, καὶ ἐν τῷ φοβεροὶ τοῖς ὑπηκόοις φαίνεσθαι«. Qua *decepti* explicatione multi *gravissime* hunc locum *violaverunt;* atque optime hic licet perspicere, quam *temere* interdum, *neglecta interpretatione*, ad *vanas conjecturas* atque *emendationes* confugiatur. Non minus enim *quattuor diversis modis* scripturam conati sunt *corrumpere*: 1) *pæne omnes* ante ἀδικεῖσθαι inseruerunt *μή* (quod *a plerisque codicibus abest);* 2) REISKIUS pro *τέ* (ante τὸ φοβερόν posito) proposuit *δέ*; *deleri* vult 3) KRUEGERUS verba *πολὺ πλεῖον*, 4) CLASSENIUS *οὐχ ἧσσον*. Qui *omnes* conatus *condemnandi sunt.* — *Totius* loci sententia e significatione verborum «τὸ φοβερόν» et «τὸ ἀδικεῖσθαι» pendet. *Scholiastam* supra vidimus τὸ φοβερόν reddere: *ἐν τῷ φοβεροὶ — φαίνεσθαι;* i. e. = *φοβεῖν* = «*Respect*» *(einflössen).* Quod *falsum* esse infra conabor ostendere. Quum tamen *omnes*, quantum scio, commentatores *hanc* explicationem *receperint*, non statim ea rejecta prius, quid notet τὸ ἀδικεῖσθαι, exquiram. Ac primum statuamus, *quod «alterum membrum comparationis»* post ἧσσον et πλεῖον subaudiendum sit. Quid KRUEGERUS post ἧσσον intellexerit, ex brevi ejus annotatione («πολὺ πλεῖον ist wohl ein Glossem zu οὐχ ἧσσον») *difficile* est collectu. Primo enim aspectu *duo* videntur cogitari posse; *aut:* οὐχ ἧσσον-

σον — «ἡμῶν» (τῶν πολιτῶν), *aut:* ἐθαυμάζεσθε — καὶ οὐκ ἔλασσον τῆς ἀρχῆς μετείχετε. *Prius recipiendum esse,* infra inveniemus, *servatis* tamen πολὺ πλεῖον. KRUEGERUS autem, *sive illud, sive hoc* supplevit, hæc *neglexit:* e simplici *copulatione* notionum ὠφελεῖσθαι et φοβερόν (= »*Respect*«) et μὴ ἀδικεῖσθαι *colligendum* est, *hæc tria* necessario ex notione ἀρχῆς *pariter* effici; quod, quamvis in ὠφελ. et φοβ. valeat, *non* tamen *omnino* de τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι dici posse mox videbimus; nam *poterant* interdum ἀδικεῖσθαι (ὑπὸ τῶν ὑπηκόων) et *ipsi cives* et (*aliter*) οἱ μέτοικοι. Accedit in *posteriore* (i. e. si comparatio quædam *inter tota enuntiata* respiceretur ita: ἐθαυμάζεσθε — — — καὶ — οὐκ ἔλασσον — μετείχετε) quod aptius esset scriptum: ἐθαυμ. — — — καὶ οὐκ ἔλασσον τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμ. — μετείχετε (*non,* ut *nunc* est: ἐθαυμ. — — — καὶ τῆς ἀρχῆς τ. ἡμ. «οὐκ ἔλασσον»; nam οὐκ ἔλασσον, si verba ἐθαυμ. et μετείχ. conferrentur, *initio* alterius membri (post καί) poni oportebat. — CLASSENII autem propositum (*deletis* οὐκ ἔλασσον, et comparatione inter ἐθαυμ. et μετείχ. constituta): 1) *eodem* (quo KRUEGERUS) laborat *impedimento,* quod ad τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι attinet (quod *non necessario* ex notione μετέχειν τῆς ἀρχῆς efficitur); 2) *eadem* premitur *molestia* vocum πολὺ πλεῖον *trajectionis;* 3) etiam *deteriorem* præbet *sententiam.* Nam KRUEGERI constructio, *nisi cetera obessent,* quodam modo tolerabilis esset: *admirationem adepti estis* — et *imperii non minus* (aptius: et non minus imperii) *participes fuistis;* quo ἐθαυμ. et μετείχ. *æqua* ponerentur. CLASSENIUS autem («*Vergleich zwischen* ἐθαυμάζεσθε *und* τῆς ἀρχῆς μετείχετε») hoc assequitur: πολὺ πλεῖον, — ᾧ ἐθαυμάζεσθε, — τῆς ἀρχῆς μετείχετε, quo pondus notionis ἐθαυμάζεσθε quam maxime *frigide imminuitur.* Argumentatur CLASS.: »κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι *wird erläutert durch die beiden Beziehungen* ὅς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι; — — — *sind nicht eben dieses die beiden Seiten des Nutzens?*« Quærere mihi liceat: 1) quoniam τὸ ἀδικεῖσθαι a τοῖς ὑπηκόοις (τῶν

Ἀθην.) proficisci statuendum est, [ut ipse fatetur CLASS.: »in so fern sie (οἱ μέτοικοι) von ihnen (τοῖς ὑπηκόοις — keine Beeinträchtigungen erlitten«], num isti οἱ μέτοικοι injuriis (ἀδικήμασι) fuissent necessario subjecti ab iisdem ὑπηκόοις, si ipsi apud Athenienses »μέτοικοι« non fuissent (velut si alibi atque Athenis habitassent), i. e. opusne erat μετέχειν τῆς ἀρχῆς τῶν Ἀθην. (= μέτοικον εἶναι), τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι ὑπὸ τῶν ὑπηκόων? 2) Satisne dabat præsidii ἡ ἀρχὴ τῶν Ἀθην., ut οἱ μέτοικοι ab omnibus injuriis, quas inferre poterant οἱ ὑπήκοοι, defenderentur? Minime quidem. — Jam vero, quæ vera sit sententia, exponam. Post ἔλασσον et πλεῖον nihil aliud subaudiendum est quam: ἡμῶν (τῶν πολιτῶν). τὸ ὠφελεῖσθαι ad certas utilitates, »positive« intellectas (non »negative«, ut CLASSENII: »τὸ ὠφ. = τὸ μὴ ἀδικ.«) referendum est. Schol. interpr.: ἤγουν κερδαίνειν, ad quod KRUEGERUS: »mit Bezug auf den Handel der Metoiken«; apte, in quantum præsertim hæc maxima utilitas respicienda est. Ego quidem addo: ex iis divitiis, quas Athenienses tributis τῶν ὑπηκόων obtinebant, οἱ μέτοικοι ex aliqua parte partem (οὐκ ἔλασσον) atque ipsi cives oblectationem capiebant, velut visendis illis splendidis ædibus, templis, omnisque generis operibus atque artificiis, quæ istis tributis efficiebantur. [Patet, verba οὐκ ἔλασσον quodam modo veritatem excedere; ut alia omittam, τῶν θεωρικῶν, quæ etiam ex his tributis sumebantur, soli cives (non οἱ μέτοικοι) compotes erant.] — Jam vero ad verba ἔς τε τὸ φοβερὸν καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι. Atque ut primum de τὸ μὴ ἀδικ. quæramus, nemo, quantum scio, propius antea ad veritatem accessit quam DIDOTIUS: «qui participiez à notre empire, en jouissant d'avantages pareils aux nôtres, et plus grands encore, puisque redoutés de nos sujets, vous étiez mieux que nous à l'abri des offenses.» Quam versionem vituperat CLASSENIUS sic: «eine Beziehung, die, wie ich glaube, nicht hierher gehört und eine grosse Uebertreibung enthalten würde.» Prorsus erravit CLASS. Nam si DIDOTIUS etiam vim propriam vocis φοβερόν perspexisset,

omnia expedivisset. *Rectissime* enim *multoque aptius* quam CLASS. et, quantum scio, *omnes superiores* significationem verbi *ἀδικεῖσθαι* adumbravit (*retento* tamen *μή*: «*à l'abri des offenses*»). *τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι* enim *non* ad *universum genus* injuriarum referre licet; (nam interdum, quum deficientes *οἱ ὑπήκοοι* rebellarent, *οἱ μέτοικοι iisdem*, quibus ipsi Athenienses, destructionibus bonorum, rapinis similibusque obnoxii esse poterant;) *sed* ad *eam offensionem, qua Athenienses* a *τοῖς ὑπηκόοις, deficientibus* atque *imperio se liberare* conantibus, affici sibi videbantur. *Ergo*: *τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι non* de *rebus* «*concretis*», quæ dicuntur, sed de *majestate ipsa imperii* pronuntiatur. [*Mire* enarrant ARNOLDUS et POPPO (in ed. maj.).] Atqui *hujusmodi* offensiones *tantum* in *ipsos cives* cadere putabantur. Sententia igitur (*obs!* si *φοβερόν* = «*Respect*»): *ipsi Athenienses φοβεροὶ ἦσαν τοῖς ὑπηκόοις* — *sed* interdum (*defectione* eorum) *ἠδικοῦντο. οἱ μέτοικοι* item *φοβεροὶ ἦσαν* — «*οὐ*» *δὲ ἠδικοῦντο*; quamobrem «*πολὺ πλεῖον*» *τῆς ἀρχῆς μετέχειν* dici poterant. Jam me credo demonstrasse. *neque οὐκ ἔλασσον neque πολὺ πλεῖον* delenda esse. Nam, *sive illud, sive hoc* sustulerimus, *perversa* orietur hæc conclusio: *quia οἱ μέτοικοι τῆς ἀρχῆς μετεῖχον,* obnoxii non erant *ἀδικήμασιν* (*ἀπὸ τῶν ὑπηκ.*); quod quam sit *falsum*, ex eo appareret, quod *ipsi Athenienses* interdum *ἠδικοῦντο. Explicandum* igitur: (*non* «quia», sed) «*quamquam*» *τῆς ἀρχῆς μετεῖχον* (*οὐκ ἔλασσον τῶν Ἀθην. κατὰ τὸ ὠφελ.*), *non tamen* afficiebantur *τοῖς ἀδικήμασι* (quæ cum imperio sæpe conjuncta erant); i. e. germ.: *sie hatten alle Vortheile der Herrschaft — ohne die Nachtheile.* Quin hæc sibi voluerit scriptor, prorsus non dubito. — Sed de hoc *φοβερόν* quid sentiamus? *Potestne* tute nomine «*Respect*» reddi, i. e. = *φοβεῖν* (*τοὺς ὑπηκόους*)? *Semper* fere ita creditum est; *ego non credo.* Etenim *obstant* impedimenta: 1) e vulgari interpunctione *οὐκ ἔλασσον* cum *κατὰ τὸ ὠφελ.* connectuntur, — *πολὺ πλεῖον* cum *ὅς τε τὸ φοβερὸν καὶ τὸ μὴ ἀδικ.*; *sed* ex supra dictis exstat, notionem *τὸ φοβερόν*

(αἰ = «Respect») *communem* esse *et* τοῖς Ἀθην. *et* τοῖς μετοίκοις; i. e. *πολὺ πλεῖον* referremus *tantum* ad *τὸ μὴ ἀδικ.* (quo *solo* esset melior *τῶν ὑπηκόων* condicio quam *τῶν Ἀθην.*); ex quo efficeretur, ut *τὸ φοβερόν* cum *οὐκ ἔλασσον* conjungendum esset; ergo haberemus ita: *οὐκ ἔλασσον κατὰ τὸ ὠφ. ἐς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις* (hæc enim duo *et* Athen. *et οἱ μέτοικοι* habebant), — *καὶ (ἐς) τὸ μὴ ἀδικ. πολὺ πλεῖον (hoc* enim *soli* habebant *οἱ μέτοικοι*); tum vero oportebat *præpositionem (ἐς) etiam* ante *τὸ μὴ ἀδικ.* positam esse; *deficit* tamen. 2) Si *τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις* idem putetur valere atque: *φοβεροὶ φαίνεσθαι (Schol.)* vel *φοβ. εἶναι* (Poppo) *τοῖς ὑπ.*, i. e. = *φοβεῖν τοὺς ὑπηκόους*, quomodo tum «*Dativum*» *τοῖς ὑπηκόοις* intelligamus? *Effugit* hoc *omnes.* Observandum autem, *τὸ φοβερόν* hic *Substantivi* locum habere = *τὸν φόβον*; ergo, si legeretur *τῶν ὑπηκόων*, sine difficultate poterat verti: *aut τὸν φόβον*, qui *incutitur τοῖς ὑπηκόοις* (= «*Respect*»), *aut τὸν φόβον*, quem *incutiunt οἱ ὑπήκ.* At vero *τοῖς ὑπηκόοις non licere* arbitror *pro Genitivo* accipere sed = *διὰ (per*, vel *propter) τοὺς ὑπηκόους*; i. e, *τὸ φοβερόν* (*non = φοβεροὶ εἶναι = φοβεῖν, sed) = φοβεῖσθαι* [= *τὸν φόβον Athenienſium (civium)*, sc. ne *οἱ ὑπήκοοι deficiant*]. Quo concesso *quinque* assequimur *bona:* 1) *constructio* jam fit *aperta* et *libera*: *et τὸ φοβερόν et τὸ ἀδικεῖσθαι* ad *solos cives* pertinent; *οἱ μέτοικοι* igitur (e sententia Niciæ) *τὸ «μὴ» φοβεῖσθαι καὶ τὸ »μὴ» ἀδικεῖσθαι* obtinebant; ergo *«πολὺ πλεῖον» μετεῖχ.*; 2) supra nominata *molestia* verborum *τὸ φοβερόν* et *τοῖς ὑπηκόοις* connexionis explicandæ *levamur*; 3) *mutatæ præpositionis* adipiscimur declarationem (*«κατὰ» τὸ ὠφελ.*, — sed «ἐς» ad duo sequentia, *vim* pæne *similem* continentia, adjunctum; ἐς fere = *«gegenüber»*); 4) *non opus est* «μή» ante *ἀδικεῖσθαι* inserere; 5) *spinosis enarrationibus* abstinemur (ad Popponem delego). *Sententia* igitur: ratione habita *τοῦ φοβεῖσθαι (τοὺς ὑπηκόους) καὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι (ὑπ' αὐτῶν)*, (quorum utrique *nos*, cives, *obnoxii* summa, *nos*

autem, *οἱ ὑπήκοοι, non* estis,) vos *πολὺ πλεῖον τῆς ἀρχῆς μετείχετε.* (*Nos* enim in perpetuo versamur *timore*, ne deficiant; quod si fiet, *injuriam* accipiemus; — *vos* tali timore et illis injuriis *liberi* estis). — Denique, si quædam *concinnitas* sententiarum statuenda est, (*non* ut CLASSENIUS molitur, sed) *hoc* modo efficitur: nomina *ἐπιστήμη* et *μιμήσει* fere idem valent atque partic. *μετέχοντες;* quo habemus: *τῆς τε φωνῆς καὶ τῶν τρόπων (μετέχ.) ἐθαυμάζεσθε, — τῆς ἀρχῆς (μετέχ.) «ἐκαρποῦσθε»* (nam hujusmodi quædam notio in *μετείχετε* latet) *οὐκ ἴλ. (ἡμῶν) κ. τ. ὠφελ., ἕς τε — πολὺ πλεῖον (ἡμῶν);* i. e. *altero* estis nacti *admirationem, altero utilitatem*, partim *parem* atque nos, partim *majorem* (v. supra: *alle Vortheile, ohne die Nachtheile).* — Restant pauca, quæ in KRUEGERUM animadvertam. Disserit ille (ad rejectionem vocum *πολὺ πλεῖον* defendendam): «*Bei einem Gegensatze wäre δέ statt τέ erforderlich, wie Reiske conjicirte. Aber für die Worte gäbe es keine leidliche Erklärung.*» *Esse* aliquam explanationem, demonstrasse me puto, et id quidem, *sive δέ sive τέ* scribitur; *neque enim*, accepto *δέ*, idcirco quædam *oppositio* exprimeretur; esset enim *δέ non «adversativum»*, sed *«copulativum»* (= *καί*); posterius enim membrum *non tollit* prius, sed *novum* modo adjungit. Quæ quum ita sint, conjectura REISKII *supervacanea* est. — Ad extremum confitendum est, huic argumentationi Niciæ *superlationem* quandam veritatis adhærere; cujus tamen similitudines permultis locis videmus. (Cf. III, 52, sqq., ubi de Platæensibus agitur; ejusdem libri cap. 37 sqq., ubi Cleon quam maxime contorta et spinosa oratione urget, ut Mitylenæi ad internecionem interimantur; omninoque *genus universum* orationis, quam qui pronuntiet, dicit Cicero, *quid tempus postulet*, ei videndum esse, *eorumque, qui audiant*, animos, *quo ipse orator* velit, *impellendos.*)

VII, 66, 3. *ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον*

αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστιν ἢ εἰ μηδ' ᾠήθησαν τὸ πρῶτον, καὶ τῷ παρ' ἐλπίδα τοῦ αὐχήματος σφαλλόμενοι καὶ παρὰ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασιν. Verba *τῷ παρ' ἐλπίδα τοῦ αὐχήμ. σφ. dupliciter* enarrata sunt; quid sit consilio *scriptoris* congruens, inquiramus. CLASSENIUS argumentatur: »*Der offenbare Parallelismus der Satzbildung erfordert τοῦ αὐχήματος von παρ' ἐλπίδα wie τῆς δυνάμεως von παρὰ ἰσχύν abhängen zu lassen. — — Deshalb wird nicht, wie Andre — annehmen, τοῦ αὐχ. mit σφαλλ. zu verbinden sein*». Et tamen *hæc* a CLASSENIO oculorum errore prolata explicatio necessario *rejicienda est, alteraque recipienda.* Reddit CLASS.: »*wider die Erwartung ihres stolzen Selbstgefühls*» (*misslingend;* nam ita, quantum scio, partic. *σφαλλόμενοι,* per *se solum* acceptum, interpretandum est). Respicientibus tamen nobis ad primum enuntiatum: *ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι, eadem* sententia jam *præoccupata* est; nam *ἐπειδ — κολ.* idem significant atque: *ἐπειδάν τινι παρὰ τὴν ἀξίωσιν τοῦ προύχειν κολουθῶσι = ἐπειδ. τινι παρὰ τὴν ἐλπίδα τοῦ αὐχ. σφαλῶσι;* tum esset versio: quum, *in quo superiores* se esse confidunt, *impediti sunt,* reliqua eorum confidentia infirmior etc. — et — quum *præter spem confidentiæ* (nam *τοῦ αὐχήματος* hic = *τῆς δόξης*) *labantur* etc., cujus *tautologiæ frigidæ* nulla esset excusatio. Totius comprehensionis sententia, *ratione et via* progrediens, ita transformari potest: *ἐπειδ. — κολ., ἡ δόξα ἀσθενεστέρα ἐστί, καὶ τῆς δόξης ἀσθενεστέρας οὔσης* (= *τοῦ αὐχ. σφαλλ.*), *παρὰ ἰσχὺν — ἐνδιδόασιν.* Præterea, si constructio CLASSENII aliquid valeret, pro *σφαλλόμενοι* (si = »*misslingend*») scribendum erat *σφαλέντες;* nam tum *σφαλ.: ἐνδιδόασιν = κολουθῶσι: ἀσθεν. ἐστί.* (»*Misslingend*» enim ad præteritum *factum* spectaret; *τοῦ αὐχ. σφαλλόμενοι* autem præsentem *sensum animorum* exprimunt.) Accedit, sicut annotavit ipse CLASS., quod in ejus versione retineri non potest *τῷ*; dicit: »*eher könnte das überflüssige τῷ Bedenken erregen, wofür Heilmann τῳ zu lesen und dieses an σφαλλόμενοι heranzuziehen vorschlägt*»; quam Heilmanni novita-

tem quum CLASS. non vituperet, concludendum est, eum *σφαλλόμενοι* in sententiam »*misslingend*« accepisse (nam hoc singif. *σφαλ. τῳ*); quo conturbari sententiam vidimus. Aliqua esset CLASSENIO defensio, si in *solo* participio *σφαλλόμενοι* eandem inesse posse significationem duceremus atque in *τοῦ αὐχ. σφ.*, i. e. *confidentia excidentes* (= *in ihrer Zuversicht schwankend*), *nisi:* 1) hoc non facile concederetur, et 2) id quoque obstaret, quod animadvertit POPPO: »Quum *τῷ παρ' ἐλπίδα* non possint significare *præter spem*, sed *τῷ ἀνελπίστῳ, ἀπροσδοκήτῳ*, genitivus *τοῦ αὐχ.* neglecta concinnitate alterius membri jungendus est cum *σφαλλόμενοι*.« (Ex quo patet, *τῷ non modo supervacaneum* (CL. »*überflüssig*«) esse, sed prorsus *intolerabile*, si notionem »*præter spem*« expressam volumus.) — Apparet jam, opinor, ne KRUEGERUM quidem (etsi *τοῦ αὐχ.* cum *σφ.* conjungit) proprie reddidisse: »*in ihrer kecken Zuversicht sich täuschend*«; quod facillime eminet his verbis cum ipsius (recta) versione vocum *τῷ παρ'. ἐλπίδα: »durch das Unverhoffte«* collocandis; nam »*durch d. Unv. — sich täuschen*« ne *dici* quidem potest. Aptius erat: *sich getäuscht sehend* (etsi non ad verbum conversa); nam *τοῦ αὐχ. σφ. id ipsum* continent, quod ex *τῷ παρ' ἐλπίδα profectum est*, i. e. (non *selbst-Täuschung* sed) — *Enttäuschung* vel proprius *id*, quod rursus ex hac ipsa »*Enttäuschung*« oritur, i. e. *in ihrer Zuversicht schwankend*. (Alias tamen sæpe, velut IV, 28: *σφαλεῖσι γνώμης*, ibid. 85: *σφαλέντες τῆς — δόξης*, alibi, vertendum est: *sich täuschen*). Alioquin KRUEG. ad *falsam* versionem germanicam *recte* latine adjunxit: *spe excidentes*.

VII, 70, 1. — *καὶ ὁ πεζὸς ἅμα αὐτοῖς παραβοηθῇ ἥπερ καὶ αἱ νῆες κατίσχοιεν*. Mss. exhibent *παραβοηθεῖ* et — *θῇ*. CLASSENIUS (ARNOLDUM sequens) *παρεβοήθει* scribit, mea sententia, *non apte*. Explicat: »*die Landtruppen standen am Strande zur Abwehr bereit*«; quæ quidem ex *παρεβοήθει* elici non possunt; nam tum desideraretur *παρεβεβοηθήκει*. *παραβοηθεῖν* enim semper *motum* exprimit:

zur Abwehr eilen (non *stehen*), sicut etiam intelligendum est eo loco (II, 90), cujus ad similitudinem revocatum nostrum CLASS. vult. Hic igitur *παρεβοήθει* redderetur: *sie eilten zur Abwehr*. Sed neque *Plqpf.* neque *Imperf. Ind.* opportunum haberet hic locum; id quod vocem *ἧπερ* respiciens contendo, quæ quidem valet: *eben da, wo.* *Quo* autem *modo* jam, *antequam* proelium committeretur, scire potuerunt, ubi naves Athen. appulsuri essent? (CLASS. audax: *standen — »überall» wo etwa die Schiffe landen möchten*). Sententia igitur: *ναυσί — ἐφύλασσον — καὶ κατὰ τὸν κύκλῳ λιμένα* (sc. *prope ad litus*), *ὅπως — ὁ πεζὸς ἅμα παραβοηθῇ* vel potius (similitudine prioris *προσπίπτουσιν*) *παραβοηθοῖ, ἧπερ κ.τ.λ.*

VIII, 46, 3. *καὶ οὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίους ἀπὸ μὲν σφῶν (τῶν Ἑλλήνων) ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δ' ἐκείνων (τῶν βαρβάρων), ἢν μή ποτε αὐτοὺς μὴ ἐξέλωσι, μὴ ἐλευθερῶσαι.* *Duplex* hoc loco oritur *dubitatio*, et quid de *repetito μή* judicandum sit, et ad quos pronomen *αὐτούς* referendum esse censeamus. De *αὐτούς* commentatores in varias inciderunt suspiciones, alii arbitrati *Athenienses*, alii *Lacedæmonios*, alii *Persas* respici. Quod ad Athenienses attinet (quos POPPO intelligit): 1) *altius* esset certe quam cetera repetendum, ratione habita constructionis; 2) minime satisfacit ea versio vocum *ἢν μή ποτε — μή*, quam præbet POPPO: »nisi si quando, — non»; nam *molestissime* hoc *ποτέ* ad aliquid referretur, quod *non* eventurum esse cogitaretur. [Difficillimum est hoc planum facere; conabor tamen: facile sentire possumus: aliquid *nunc evenit* (= *ἐξαιροῦσι*); *sin quando* fiet, ut hoc — *non eveniat* (= *ἢν ποτε — μὴ ἐξ.*) = si quando — non ev. At *nostro* loco: aliquid nunc *non evenit* (= nondum *ἐξαιροῦσι*); *sin quando* fiet, ut hoc — *non eveniat*. Quemadmodum hoc ferri potest?] 3) *Dubito*, num recte concluserit, hæc dicens: »sententia aptissima oritur, quum Lacedæmonii hac sola re a liberanda Jonia retineri posse dicantur, si ab Atheniensibus non eversis me-

tus ἢν relinquatur.» Fatetur enim POPPO, verba σφῶν τῶν Ἑλλήνων ad *Athenienses* pertinere; ergo: quum Lacedæmonii *non metuant* ab ipsis *Atheniensibus* (nondum eversis) ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, *num* tandem metuent ἀπὸ τῶν βαρβάρων liberare Joniam (non eversis Ath.)? — *Nec vero* αὐτούς ad *Athenienses* referre licet, si μή — μή ponamus pro simplici μή; legimus enim: (οὐκ) εἰκὸς Λακεδαιμονίους — (μὴ) ἐλευθερῶσαι, ἢν μὴ κ.τ.λ. — Jam vero αὐτούς *ad Lacedæmonios* revocantibus (ut CLASSENIO) non desunt obstacula: 1) *mutato Subjecto;* 2) necessitate imposita μή — μή in sententiam *simplicis* μή accipiendi. CLASSENIUS in argumentando *lapsus est: »der negative Inf. μὴ ἐλευθερῶσαι ruht auf der Voraussetzung* ἢν μή ποτε αὐτοὺς μὴ ἐξέλωσιν»; quod prorsus *a sententia discrepat.* Scriptum enim est: οὐκ εἰκὸς Λακ. — μὴ ἐλευθ., ἢν μή κ.τ.λ. = εἰκὸς Λακ. — ἐλευθ., ἢν μή κ.τ.λ., ex quo perspicuum est, »*positivum*» Inf. ἐλευθ. ex verbis ἢν μή κ.τ.λ. pendere. Quamobrem, quid sibi velit CLASS. quum hæc dicat: »*Die Erklärungen, welche* αὐτοὺς *auf die Athener beziehen und die beiden Negationen sich verstärken lassen (Krüger, Poppo, Böhme) halte ich für verfehlt*», ego profecto non comprehendo; nam 1) negationes, si *Athenienses* intelligantur, *non posse* inter se confirmare (μή — μή = μή), supra demonstravi; 2) *nec vero* POPPO (»suam igitur utraque negatio significationem tuetur») aut KRUEGERUS (»*ein zwiefaches μή, jedes zu einem andern Begriffe gehörig*) ea, quæ vituperat CLASS., dixerunt; 3) id quod *maximum* est, *ipse* CLASS. ad *suam* sententiam defendendam *debuit* contendere, negationes *inter se confirmare* (μή — μή = simpl. μή): nam: εἰκὸς Λακ. — ἐλευθ., (nisi quando ipsi (Lac.) eversi sint =) ἢν μή ποτε αὐτοὺς (μὴ) ἐξέλωσι. — Restant jam ii, qui αὐτούς ad *Persas* referunt (ut MADVIGIUS). Sed etiam tum necesse est μή — μή esse positum pro *uno* μή existimare; quod *durius* esse quis neget? Violenter MADVIGIUS posterius μή plane *amputavit.* Ego autem suspicor, Thucydidem scripsisse: ἢν μή ποτε αὐτοὺς »δὴ» ἐξέλωσι: nisi quando eos »*ipsos* (Persas)

everterint; ita, ut δή pondus vocis αὐτούς augeat. (Minus probabile, quod conjecit REISKIUS: ἦν δή ποτε αὐτοὺς μὴ ἐξ.). Concessa autem hac emendatione videtur αὐτούς et ad Lacedæmonios et ad Persas spectare posse (non ad Athen.). Quominus Laced. ponamus, prohibet 1) *molesta commutatio Subjecti*; 2) quod Alcibiades Tissapherni non persuadet, ut efficiat, ut Persæ et Athenienses conjuncti (CLASS.) Lacedæmonios evertant (ἐξέλωσι), sed (§ 2): αὐτοὺς περὶ ἑαυτοὺς τοὺς Ἕλληνας κατατρῖψαι, et (§ 4): τρίβειν οὖν ἐκέλευε πρῶτον ἀμφοτέρους, καὶ ἀπτεσμόμενον ὡς μέγιστα ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ἔπειτ' ἤδη τοὺς Πελοποννησίους ἀπαλλάξαι ἐκ τῆς χώρας. Mihi est igitur persuasum, αὐτούς significare *Persas*. Huic opinioni adversatur BAUERUS; »quia 1) id ne in mentem quidem venire Græcis potuerit, et 2) importunius fuerit, quam quo Tissaphernis aures feriret Alcibiades«; quibus *oppono:* 1) Agesilai in Asiam factam expeditionem, et 2) Alcibiadem nunc quam maxime conari Tissaphernem *ira* in Lacedæmonios incendere.



Gt 55.529
Quaestiones Thucydidiae.
Widener Library
002414173
3 2044 085 174 415